

from the library of
JOAN LLUÍS
GILI



100 3270863

FR XVII 178

Dalau 269 185

DE MAGISTRATVS
LOGIÆ MARIS
ANTIQVITATE, PRÆ-
HEMINENTIA, IVRIS-
DICTIONE, CEREMONIIS SERVANDIS DE
causis, modis eas tractandis, & decidendis tractatus communis Ciui-
tatibus Romæ, Acri, Maioricæ, Minoricæ, Pisæ, Marciliæ, Almeriæ,
Genuæ, Brandi, Rodæ, Moneæ, Constantinopolis, Ale-
manix, Messinæ, Soriæ, Valentix, in quibus statuta
Consulatus Logiæ seruantur
tractatus.

AVTHORE, NOBILI, ET ADMODVM REVERENDO DOMINO D.
Acacio de Ripoll Præsbytero Philosophiæ, & V.I.D. olim in Sertoriana Oscensi, &
Barchinonensi Vniuersitatibus publico legum interprete, & in Regio Consilio
Baiuliæ Cathalonix Consiliario, & Fiscii Aduocato inbilato, nunc
verò dictæ Logiæ Magistratus Aduocato.

MAGNIFICO FRANCISCO VIDAL ET ROS V.I.D. PRO
Stamento Militari, Paulo Ferrer pro Mercantili, Consulibus Michaeli Garcia,
& Iosepho Florença Mercatoribus, dicti Magistratus
Definitoribus dicatus.

INFRA PAGINA SINGVLIS CAPITVLIS DESIGNANTVR MATERIÆ
quæ in hoc volumine tractantur.

1655.

Anno



1660.

DE LICENTIA SVPERIORVM,

Barcinonæ, Ex Prælo Antonij Lacavalleria.



ADMODVM MAGNIFICIS
Logiæ Maris Consulibus , Francisco
Vidal, & Ros, V.I.D. pro Militari Sta-
mento , Paulo Ferrer pro Mercan-
tili, Michaeli Garcia, & Iosepho
Florença Mercatoribus,
Logiæ Definito-
ribus.



*V*LGARE Dicitur est, & receptum, quod mul-
tos tangit à paucis approbatur. Et casu quo ali-
quis sit, qui de eo curam habeat, nemo est, qui ei
congratuletur. Cumque à principio quo Magistratus
hic fuit erectus, privilegia, illiusque prerogati-
ua, & cætera, quæ ei concesserunt in obscuris fue-
rint hæc usque, dispersaque, ac dispartita, nec unquam fuerit, qui
curauerit prædicta recolligere in unum, quo usque Magnificentia
Vestra ardenti zelo, cura, ac vigilantia operam dedistis, ut de prædic-
tis omnibus librum construerem in quo de origine illius, prerogativis
& præheminentijs, jurisdictione, causarum decisione, & cæteris
quæ in hoc volumine reperientur tractarem, & elucidarem, certioratus
quod nemo erit, qui vobis congratuletur de tali sollicitudine, &
vigilantia (quæ in æternum manebit) ipsius Aui nomine congratu-
lor vobis, quo ad externa; internam autem intentionem vestram
(quæ respicit uniuersale interesse litigantium) Omnipotens Deus, qui
cordium est scrutator, largiatur vobis, ut potest, & deprecor felici-
tatem æternam.

D. Acacius de Ripoll.



I E S V S, M A R I A, I O S E P H,

Ad Lectorem.



Die 20. mensis Augusti 1624. in qua præstiti iuramentum, & deseruire cœpi Domino Nostro Regi in suo Regio Consilio Bajuliæ Generalis Cathalonix, officia Assessoris, & Fiscii aduocati, vsque ad tempus illarum inopinatarum calamitatum infœlicium, in quo Ciuitas Barcinonæ aprehendit possessionem dictæ Bajuliæ, jurisdictionis fructuum, emolumentorum, illiusque iurium omniũ virtute in pignorationis de omnibus prædictis, factæ per Serenissimum Dominum Regem Philipum, nunc fœliciter regnantem (proch dolor de tali euentu,) ex quo Ciuitas Barcino nouam fecit creationem omnium officiorum dictæ Bajuliæ. Videlicet Bajuli Generalis, & eius Locumtenentis, Assessorum, Aduocati Fiscalis, Receptoris, Scribæ maioris, Procuratoris fiscalis, Virgarijs, cæterarumque Scribarum, ex qua nominatione exclusus remansi, vna cum alijs Collegis à dicto officio Assessoris, & Fiscii Aduocati quibus deseruieram.

Ex his, (tanquam apostliminio reuersus) me conuerti ad antiquum aduocationis exercitium euenit, quod cum in Consulatu Logiæ Maris existat bursa, in qua inbursantur V. I. D. magna decorum capacitate, & sufficientia (tẽpore infœcultationis, seu inbursationis) habita ratione, ex qua duo ad sortem extracti, durante eorum vita seruiunt dictum Aduocati officium. Euenit, quod defuncto altero ex duobus, cecidit sors super me, & facta extractione, secretisque votis omnium de consilio dicti Magistratus, nemine discrepante fui admissus. (Solent enim Aduocati postquam extracti sunt, per omnes Mercatores, qui sunt de consilio dicti Magistratus secretè, per scrutinium habilitari, aut reprobari) Magnifici Consules, qui nunc sunt pro brachio, seu stamento Militari

Francis-

Franciscus Vidal, & Ros V. I. D. & Paulus Ferrer Mercator, Michael Garcia, & Iosephus Florença Definitores, inspicientes Magistratus Logiæ Maris magnificentiam, & præheminentiam illius diuersas lites, controuersias, causasque in ipso tractari, in quibus decidendis, tam in recto, quàm in ritu quotidie aduersantur opiniones, habito consilio ordinario, decreuerunt libellum edere, in quo latè ordo iudiciarius describeretur, onus certè grauè meisque humeris imposuerunt, recusabam sanè illud subire, cum septuaginta septem anni me præmerent consumptis ex illis quinquaginta septem publicè Osciæ, siuè Huescæ, & in Barcinonensi Vniuersitate legendo, aduocando, iudicando, & elaborando quatuor libros typis iam mandatis, & vniuersaliter aplausis. Primum ad titul. ff. de condit. & demonstrat. Secundum variarum resolutionum. Tertium de Regalijs. Quartum additionum ad Praxim Regiæ Audientiæ Cathalonix: vicerunt me, & cogerunt rationes à prædictis jactantibus allegatæ, intendens solum referre, quæ ad praxim frequentius accidere solent, vt ipsis attentis, & obseruatis, altercata effugiant ex quibus causæ, quæ summarie tractari debent solent longiores fieri, nã quo ad articulum juris juxta quem causæ decidendæ sunt, aut jus statutum est in libro Consularis diuersis capitulis materna nostra lingua ordinatis, ad quos est recurrendum, aut casu quo dubium se offert considerabile Magnifici Consules solent juris articulum remittere alteri ex Aduocatis Logiæ, qui lecto processu iudicant qualiter dicti Magnifici Consules debeant causam decidere, vt latius dicam in capite de sententijs, & sic decreui huic operi principium dare hodierna die quinta Augusti 1654. in qua sacrosancta Mater Ecclesia festum celebrat intemeratæ Virginis Mariæ, sub inuocatione ad Niues, de cuius fauore, & patrocinio confidens ad vltiora prosequar.

Don Acacius de Ripoll.

APPROBATIO.

DE mandato Illustrissimi domini D. Raymundi de Queralt Vicarij Generalis Sede vacante, Canonici, & Theſaurarij ſanctæ Sedis Barcinonæ, per legi non pauca attentione ac voluptate librum, cuius inſcriptio eſt. Nobili Egregio D. D. Don Acacio de Ripoll elaboratum, & represso affectu tum circa materiam cum ab auis ſim, è vtroque latere Logiæ filius: tum circa Authorem cuius opera ſunt omni eruditione præclara cenſeo opus iſtud eſſe planè Logiæ regi- mini conueniens, Regioq; ſtatui correfpondens, vt id juris nodis, & legum ænigmatibus per authorem ſolutis peritè operatur, & ab hoc eſt opus non ſolum Typis mandandum, cum in illo nihil à fidei veritate, morumq; probitate alienum ſit, ſed etiam cedro, & arce vt ajunt ſeruandum. Die 6. Aprilis Anni 1655.

Fr. Pius Vines S^r Pexo Sacri Ord. Pred.

Die 7. Maij 1655. Attenta ſupradicta

approbatione imprimatur.

De Queralt Vic. Gen.

APPROBATIO.

EX comiſſione Nobilis ac Magnifici Regentiſ Regiæ Can- cellariam librum hunc de Magiſtratus Logia Maris au- uiquitate, præheminentia iuriſdictione, &c. Authore No- bili Don Accaſio de Ripoll Præbytero Philoſophia, ac vtriuſ- que Iuris Doctore Regio Conſiliario, Bajulia Generalis Catha- lonia Fiſci Aduocato jubilato ſemel atque iterum legi, & nihil in eo inueni quod à recta via deuiet, dignumque eſſe vi Typis mandetur cenſeo. Barcinone die 5. Maij 1655.

Franciſcus Llunes Regius Conſiliarius.

Mir Regens.

Ma-



MATERIÆ QUÆ IN HOC
volumine continentur sequenti-
tibus capitulis.

- Caput 1. De prestantia, et antiquitate mercatura, et Consulatus.
Cap. 2. De prebeminentia Magistratus, de creatione Consulum, et eorum iuramento illiusque solemnitatibus.
Cap. 3. De diuersis festiuitatibus quibus solent Magnifici Consules interuenire solemniter.
Cap. 4. De creatione Mercatorum, et qualitatibus creandorum, quæ vulgo dicitur Mairricula.
Cap. 5. De insculatione, habilitatione, et extractione Officialium Magistratus Logiæ maris.
Cap. 6. De iurisdictione Magnificorum Consulum Logiæ maris.
Cap. 7. De asscuritate iudicij petenda.
Cap. 8. De causis merè verbalibus.
Cap. 9. De causis verbalibus quæ in scriptis rediguntur.
Cap. 10. De exceptionibus.
Cap. 11. De iuramento calumnia.
Cap. 12. De reconuentione.
Cap. 13. De dilationibus, et testibus recipiendis.
Cap. 14. De interrogatorijs, et testium publicatione.
Cap. 15. De obiectis testium.
Cap. 16. De instrumentorum productione.
Cap. 17. De sententijs.
Cap. 18. De executione sententiarum.
Cap. 19. De appellatiombus.
Cap. 20. De cambijs, et eorum executione.
Cap. 21. De asscuratione vitæ hominum, et mercium.
Cap. 22. De rationibus reddendis per Diffinitores Clauarios.

MATERIA OVAE IN HOC
volumine continentur sequenti-
bus capitulis.

- Cap. 1. De p[ro]prietate, et iurisdictione curiarum, et Consularum.
- Cap. 2. De p[ro]prietate, et iurisdictione Consularum, et
curiarum, et iurisdictione Consularum.
- Cap. 3. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 4. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 5. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 6. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 7. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 8. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 9. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 10. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 11. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 12. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 13. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 14. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 15. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 16. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 17. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 18. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 19. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 20. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 21. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.
- Cap. 22. De iurisdictione Consularum, et iurisdictione
curiarum.



DE PRÆSTANTIA, ET Antiquitate Magistratus, seu Consulatus Mercatorum.

S V M M A R I V M.

- M**ercatura, præstantia à quibus tractatur. num. 1.
 Mercaturam, cui exercuerint. num. 2.
 Mercaturam exercuerunt Imperatores. num. 3.
 Mercaturam exercuerunt Romani. num. 4.
 Mercaturam collegium eligerunt Romani. num. 5.
 Mercurius vnde dictus. num. 6.
 Mercatura jurisdictio quando initium habueris. num. 7.
 Privilegia concessa Mercatura sunt seruanda. num. 8.
 Civitas Barcinonis ob mercantiam à Regibus appellata fuit in senis. num. 9.
 Mercatura præstantia à quibus tractetur. num. 10.
 Logia Maris, tam in Cathalonia, quam Valentia, & Majorica quando fuerit electus. num. 11.
 Logia Perpiniæ quando fuit creata. num. 12.
 Causa Mercantiles qualiter decidebantur antiquitus. num. 13.
 Logia Barcinonensis multa referuntur. num. 14.
 Statuta Logia Maris Barchinona obseruantur in alijs Provincijs. num. 15.
 Mercatores qui dicantur. num. 16.
 Negotiator ex quot actibus dicatur. num. 17.
 Mercator non dicitur qui suas res vendit. num. 18.
 Mercator non dicitur qui ex materia emptæ aliquod opus fabricat. num. 19.
 Negotiator quis dicatur. num. 20.
 Mercator in Cathalonia propriè quis dicatur. num. 21.

C A P. I.



MERCATURA Adeò reipublicæ ampliacioni cōducit, & ferè nullus est politicus doct̃or, qui eam maximopere non commendat, inter quos sunt præcipuè videndi PP. Adamus Contzen. in sua erudita politica lib. 8. cap. 10. & Carolus Scribanus in suo politico Christiano cap.

- 2 24. ubi expressè docent mercaturam augendam, & eius maximam curam Principi habendam; hinc est quod antiqui Reges, & Patriarchæ, (vt Sacram Paginam legenti liquet,) non sint vetiti Negotari, & Mercaturam, seu Mercimoniam exercere, vt de Salomone, & Abrahamo expressè tenet, idem Contzen. loco supra citato §. 2. & 3. fuerunt etiam Mercaturæ celebres plurimi Imperatores, & præcipuè Imperator. Pertinax. vt alios per multos taceam, de quo refert Iulius Capitolinus; *Imperatorem iam creatum per homines suos mercaturam exercuisse, non aliter, quam priuatus solebat.* Ex cuius quæstu lucrebatur, quod alij Imperatores à subditis extorquebant tributis, & tallijs, à quorum solutione illos exonerauerat, vt propter ea tradit, idem Capitolinus; populum, eius mortem indignissimè tulisse. Si Vrbes fama magnas inspicias in his mercatura claruit. Nonnè celebres fuerunt Niniue, Babylon, Sydon, Tyrus, & postea Carthagon has, si Auctori primum citato credas, celebres mercatura fecit. Vndè postquam Numa Pompilius, vt in eius vita refert Plutarchus, seditionum cedendarum causa multitudinem populi Romani in corpora, collegia, seu stamta distribuuit, quæ quidè distributio facta fuit per artes, Romani illarū Urbium gloria æmuli, Romæ collegium Mercatorū, seu Mercurialiu exererunt Appio Claudio, & Pub. Seruilio Consulibus, teste Liuius lib. 2. cui patronum assignauerunt Mercurium sic à mercibus appellatum, vt Festus ait, velut Fulgentius, quasi Mercium curam habentem hic enim negociorum omnium, & Mercatorum Deus à Gentilibus putabatur, teste Antonio Calpino, Balthazare Victoria, in suo *Deorum theatro lib. 2. cap. 1.* Picrio Valeriano, & omnium latissimè Rossino, *antiquitatum Romanarum, lib. 2. tit. de Collegijs pag. 350.* huius collegij Mercurialium, seu Mercatorum meminit, Cicero ad Quin. Frat. lib. 2. dum dicit. *Iunium Flacum equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini, & Mercuriales de Collegio eiecerunt.*
- 7 Huic collegio, seu stamento vipotè, & alijs inter se statuta condendi dummodo tabulis publicis non prohiberentur, Solonis legem imitando à Romanis fuit indultum, & ob ipsius ampliationem, & conseruationem, vt refert Ioannes Bodinus lib. 3. *sua Reipublice cap. 7.* Per totam Italiam, & Galliam, iurisdictio ciuilib inter Mercatores, & in rebus ad mercaturam pertinentibus, seu ab ea dependentibus sapienter fuit attributa quibusdam Magistratibus, & Consulibus de corpore, & collegio Mercatorum ad indicandas summariè lites, seu controversas

resultantis ex conuentionibus mercantilibus, qua in se aliquid perse ferunt, quod non est commune alijs professionibus. hæc Bodinus, quod faciendū esse in qualibet Republica, & Principatu recte gubernato docet Contzen. loco supra citato, §. 13. nec obesse Monarchiæ, cum à Rege priuilegia habeant, affirmat idem in fine ipsius capit, & sanè hæc iurisdictionē, & alia priuilegia Mercatoribus concessa omni cura, & studio esse conseruanda docet Petr. Gregor. Tholoza. in sua *Repub. lib. 4. cap. 7. num. 12. & 13.* vnde Serenissimus Rex Ferdinandus in suo priuilegio dat. Montiffoni. 2. Septembris 1510. quod est registratum in diuersorum 11. Ciuitatis Barcinonæ, fol. 208. in quarto virnilio, fol. 37. & in tertio virido, fol. 101. concedens Ciuitati Barcinonæ franquitatem in partibus Africæ dicit quod Ciuitas Barcinonæ est insignis in Cathalonia quæ augmentum à primordio suo suscepit ex arte mercantili, in tantum, vt ex ea augmentata fuerit, quod per omnia mundi climata, tamquam præcipua, & principalis Ciuitas est nominata. De præstantia mercantiæ, alia refert Cassaneus, in suo *cathalago gloria mundi p. 11. à num. 45.* Tiraque. in *lib. de nobilitate cap. 33.* maximè à *num. 13.* Hinc dato pro constanti, quod glosatoribus, &c. & historicis danda est fides per eos relatis, vt attestantur Hieronymus Gabriel. *commu. opi. de probat. conclus. 4. num. 4.* Mascardus, *de probat. conclus. 842. num. 8. & 9.* Çefal. *conf. 136. num. 19.* Rodericus Suarez, in *prohemio legum for. vndè;* estando relatis per Andream Bosch in suo libro *dels titols de honor lib. 4. tit. 24.* primum magistratū Logiæ fuisse creatum, & erectum in Ciuitatem Valentia Regio priuilegio, de quibus attestatur Laurentius Matheu in suo libro *de regimine Regni Valentia cap. 4. §. 10. in principio,* Serenissimi Regis Petri. Dat. in Ciuitate de Valentia, Kalendis Desembris 1283. Secundum in Ciuitate Mayoricarum, Regio priuilegio Serenissimi Regis Petri. Dat. in Ciuitate Mayoricarum, pridie Kalendis Iunij 1343. Tertium in Ciuitate Barchinonæ, per eundem Serenissimum Regem, cum suo priuilegio. Dat. in Porto Veneris, 10. Kalendas Martij, 1343. ad quorum magistratum similitudinem Serenissimus Rex Don Ioannes, cum suo priuilegio. Dat. in villa de Monsò 20. Desembris 1388. nouum magistratum crexit eiusdem qualitatis in villa de Perpiñà, in qua ad similitudinem collegij mercatorum, quo utebantur Romani iuxta relata per Titum Liuium *lib. 2. ab Vrbe condita,* & per Tiraquellum, *de nobilitate cap. 22. num. 13.* iam in dicta villa de Perpiñà erat insti-

- tura, quædam congregatio mercatorum, vt refert dictus Bofch, ex pragmatica Regis Iacobi. Dat. Perpiniæ, 8. kalendas Nouëbris, 1276. negotiorum autem, quæ in dicta congregatione tractabantur cognitio, & decifio eorum ad Regios officiales dictæ villæ pertinebat; quousque Sereniffimus Rex Iacobus, suo Regio priuilegio, anno 1388. facultatem cognofcendi de dictis negotijs, & decidendi à dictis officialibus Regijs ordinarijs abstulit, & illam consulibus dicti magistratus Affeffori, & Iudici appellationum, quos dicti Consules crearunt, communicauit, & concessit, cuius priuilegij executio fuit decreta per Consules villæ Perpiniæ 16. Februarij 1389. refert dictus Bofch *dicto cap. 24. §. 7.*
- 13 & ferè per totum caput. Sed fecus majora de nostro Magistratu scire lege nostrum Fontanella *rom. 2. decif. 403. à num. 3.* in hæc verba prorumpentem (*loquentem de causis appellationum in nostro Consulatū vertentium.*) Secundò partibus quæ litigant in Consulatū Logiæ maris huius Ciuitatis in curiæ mercatorum super rebus mercantilibus nõ permittitur, nisi vna appellatio partis scilicet, quæ primò succubuit taliter, vt etiam si reuocetur prior sententia, & obtineat appellans, nec tunc licet parti alteri appellare à reuocatoria ita disponente *cap. 15. lib. Consulatū*, qui apud nos impræsus circumfertur, imò per totum ferè orbem, scimus enim in infinitis mundi partibus, & Prouincijs, fuisse admiffas has nostras leges pro factis mercantilibus, quod si scire cupis vidè traductionem libri à nostro Idiomatæ ad Italicum, quæ fuit facta de anno 1576. & impræssa eodem anno Venetijs, apud Gabrielem Zeberti, & sosios, vbi enumerantur. Prouintia siuè Ciuitates, quæ eas leges receperunt, que sunt Roma, Acri, Mayorica, Pifa, Marsilia, Almiria, Genoua, Brandi, Roda, Morea, Constantinopolis, Alemania, Mesina, Parisiorum, & Soria, sed non est nouum, accipere leges à Ciuitate Barchinonæ, alias Prouintias, historiae satis vulgatae, id sæpius enarrant, hucusque dictus Fontanella.
- 14 Qui autem mercatores dicantur, latè examinat hanc quæstionem, Maranta *de ordine iudiciorum p. 4. à num. 57.* vbi refert varias opinionum Doctores, inter alias Bartoli. *in l. legatis seruis, ff. de legatis. 3.* quem dicit plures alios sequi asserentes illos dici mercatores, qui quæstiarium negotiationem faciunt, intelligendo tantum de illis, qui non vnicum actum solum mercandi exercent, sed qui assiduè mercantur; nam licet verbum mercatore
- 15
- 16
- 17

- 17 negociator, quæ sunt significatiua alicuius negotij, quod quis exercet propria auctoritate nõ verificantur ex vnico actu, sed requirunt assiduitatem, *ex l. 1. §. 1. ff. de tributis*, hoc idem censetur inuuisse in tractatu de mercatura in principio, vbi latè alia plura
- 18 refert dictus Maranta à *num. 58. cum sequentibus*: Non enim dicuntur mercatores illi, qui suas merces vendunt, vt refert Cancer. 3. *tom. var. cap. 10. num. 12.* sed necesse est, quod negociationem quæstuariam exerceant emendo in aceruo, & vendendo, pluribus auctoribus per dictum Cancer allegatis, retèta forma eiusdem mercantia, vt attestatur *Surdus decis. 313. in principio*; nam non erit mercator, qui de rebus per eum emptis aliam rem facit, nam hoc pacto pistores dicuntur mercatores, quod absurdum est tale dicere; ille enim qui mercedem emit circa aliquid ipsamet empti fabricet, non dicitur mercator, sed artifex, ita *Surdus, ex tex. in cap. eiciens 88. distinet. Archidia. in C. quanquam, num. 1. de cens. in 6.* refert *Surdus*
- 20 *exemplar de Monachis Cisterciensibus*, omnes enim qui sua industria aliqua operantur, dicuntur propriè artifices, si autem ille qui emit massam argenteam aut æream, alteri tradiderit, vt eam operetur, iste talis negociator dicitur, quia vbi artificio annexa est negociatio talis appellatur negociator, vt ex *Ancharrano in cap. fin. nu. 10. de vita, & honesta. cleric.* attestatur *Surdus in d. decis. 313. num. 6.* Quo
- 21 vero ad nostrum institutum attinet verè mercator dicitur ille qui in Consulatu Logiæ Maris descriptus est in matricula, prout præsentit dictus Maranta *d. num. 58.* solet enim in Logia Maris singulis annis fieri creatio Mercatorum, de qua latius infra postquam tractatum fuerit de anniuersario singulis annis celebrando pro anima Don Petri de Moncada.

S V M M A R I V M.

Sigillum peculiare habet Magistratus Logiæ. *num. 1.*

Virgarios habet Logiæ Maris. *num. 2.*

Virgarij Logiæ præcedunt Consulibus cum vestibus, & virgis argenteis, siue massas, & in quibus actibus. *num. 3.*

Consules Logiæ antiquitus qualiter crearentur. *num. 4.*

Consules Logiæ qualiter crebentur. *num. 5.*

Consules Logiæ quæ sint in bursati in vnaquaque bursa. *num. 6.*

Consules Logiæ quo die hodie extrahantur. *num. 7.*

- Consulibus nouiter extractis qualiter procedatur, vt iurent. num. 8.
 Consules nouiter extracti qualiter procedere debeant, & quid sciendum. nu. 9.
 Iuramentum, qualiter prestetur per nouos Consules. num. 10.
 Consul Mercator nouiter extractus, qualiter procedat ad Logiam. num. 11.
 Consul Militaris, qualiter excedat ad Logiam die iuramenti. num. 12.
 Gradnatio die iuramenti Consulum qualiter fiat. num. 13.
 Consules iurant prius in Curia Regentis Baiuliam Barcelona. num. 14.
 Curia Baiuli qualiter debeat esse ornata die iuramenti Consulum. num. 15.
 Iuramenti forma quot prestant Consules in Curia Baiuli. num. 16.
 Iuramentum quod prestant Consules nouiter extracti in Domo Ciuitatis. n. 17.
 Consules noui qualiter capiant possessionem Consulatus. num. 18.
 Conciliarij, & Definitores quando, & quomodo extrahantur. num. 19.
 Consules Logie, an, & quando possint subrogare alium, & quem in eorum locum. num. 20.

De Præheminentia Magistratus, & de creatione Consulum, & eorum iuramento illiusq. solemnitate.

CAP. II.

1 **R**ecto Magistratu Consulatus, magnis honoribus à Serenissimis Regibus fuit condecoratus videlicet quod haberet peculiare segillum, vt attestatur Bosch in suo lib. de
 2 *Tirols de honor cap. 24. §. 3. versic. Aniba.* Quod haberet duos virgarios qui Consulibus assisterent, & in omnibus publicis committariis bus præhirent ante Consules, vestitis vestibus telaribus, & beca (Cathalanè loquendo) ceruleo colore deferentes super humeros massas argenteas. De quibus meminit Cassaneus in *Cathalogo gloria mundi. 7. par. confid. 21.* dicens in quolibet Magistratu necessarium est habere duos apparitores, seu executores qui milites vocabantur ex *Coyarruias c. de sporculis*, vbi quatenus militia exutos poenas luant provt Consulibus expressè fuit concessum per Serenissimum Regem Ferdinandum cum suo priuilegio dat. in Ciuitate de Tortosa 20. Febru. 1492. quod legetur in libro pergameneo priuilegiorum Logie fol. 96. pag. 2. vt in omnibus actibus publicis in quibus Consules in forma Magistratus incedunt associati
 3

de Mercatoribus eundo ab exitu Logiæ vsque quo fuerint reuerſi, veluti ad domum Iurus alicuius Mercatoris, seu illius vxoris, vel primogeniti, ipsi Consules præferant dictos virgarios indutos dictis vestibus eleuatis dictis virgis argenteis, siue massis non solum coram quibuscunque Regijs ministris superioribus; sed etiam coram ipso domino Rege, & in quolibet actu publico; ordinariè verò incedunt cum vestibus nigris, bechis verò ceruleis.

- 4 Fuerunt à principio Consules creati per electionem, & ad suffragia vorantium, Consiliariorum, & Concilij Ciuitatis Barcinonæ, ex privilegio Regio per Serenissimum Regem Petrum dat. in villa de Moluedre, 10. Kalendas Martij 1347. quod est in lib. priuilegiorum Consulatatus Logiæ fol. 1. est in lib. 1. vermilio Ciuitatis fol. 48. est & alium datum Illerdæ 8. Idus Augusti 1347. in officia-
lium fol. 149. quousque Serenissimi Reges suis priuilegijs concesserunt, vt in die sancti Marci Euangelistæ, quæ computatur 25. mensis Aprilis ad sortem extraherentur ex infecularis in duabus burſis distinctis, & separatis, in quarum vna extant in burſati nobiles, domicelli, ciuis honorati, & qui prædictorum gaudent priuilegijs, quales sunt V. I. DD. seu Medicinæ vsque ad numerum videlicet ciues honorati, & qui gaudent eorum priuilegijs vsque ad numerum quadragesimi vnus militares verò, & nobiles vsque ad numerum trigesimali noni qui omnes in eadem burſa imburſati faciunt numerum octuagesimum inter omnes. In alia verò burſa sunt descripti Mercatores qui sunt matriculati in Logia vsque ad numerum quadragesimi vnus, ex dictis igitur burſis extrahitur vnus ex qualibet burſa, & ille qui primo extractus est (dummodo ei non obſtet aliqua exceptio) Consul extat, deinde extrahitur alius ex burſa Mercatorum, & hi duo postquam extracti sunt administrant dictum officium vsque ad diem Sancti Marci sequentis anni. Extractis igitur dictis duabus Consulibus;
- 7 Consules antiqui legationem mittunt siue embaxada Admodò Illustribus Consiliarijs Ciuitatis, vt assignent diem, & horam ad hoc vt noui Consules Maris iuramentum præstent, ipsosque immittant ad possessionem dicti officij ipsos aduertendo ne assignent diem in qua publica subhastatio bonorum fiat siue encantatione ne multitudine concursus emptorum, & venditorum impediatur cursum, & solemnitatem associationis quæ fit ad prædictum iuramentum præstandum.

Assig-

9 Assignata die per dictos Admodum Illustres Consiliarios Ciuitatis, certiores fiunt noui Consules per Consules antiquos de die, & hora assignata similiter, & certiores debent fieri Diffinitores Logiæ intra quos dies assignatos debent fieri rami, & cætera requisita ad festum iuramenti.

Die verò præcedenti virgarij ipsius Logiæ defferunt librum ceremoniarum ad vnumquemque Consulem nouiter extractum vt ipsi certioerentur de ceremonijs per eos seruandis.

10 Die verò assignata ad iuramentum hora nona matutina Consules antiqui sine ceremonia, & associatione perueniunt ad Logiam Maris, & existunt in porticu ipsius Logiæ iuxta hortum expectantes aduentum aliorum Consulum.

Consul Mercator inuitatis pluribus ex suis amicis, & cognitis de vtroque stamento progrediens à domo sua associatus ex prædictis, accedit ad Logiam Maris, & per cancellos ferreos, siue al portal de la rexa in eo loco. Consul Mercator antiquus obuiam ei erit virgarijs præcedentibus cū suis virgis argenteis siue massas, ipso Consule antiquo ad dexteram noui, ingrediuntur ad dictum porticum cum cæteris associatis sedent in loco designato in ipso porticu.

11 Post hæc Consul militaris eadem solemnitate à sua domo recedit, peruenitque ad dictam Logiam vbi Consul antiquus militaris si milite eidem obuiam exit ad dicta cancella ferrea indeq; associati ambo, antiquus in dextera, nouus in sinistra ad dictum porticum accedunt sedetq; vt dictum est.

12 Interim dum prædicta fiunt scriba maior Logiæ existit in sua scribania expectans quod vocetur ad graduationem faciendam. Quibus peractis Logiæ Definitor iunior, nomine Magistratus depræcabitur aliquos, ex Mercatoribus, vt accedant ad scribaniam maiorem, vt faciant graduationem, & disponant ordinem quo associantes debent procedere incomitatu dictorum Consulum à dicta Logia vsque ad domum Ciuitatis, in dictaque scribania fit descriptio eorum in scriptis, videlicet, duo militares, seu nobiles, vel militari priuilegio gaudentes, vt graduationem ordinent de personis militaribus, seu priuilegio militari gaudentibus. Qua facta exeunt à dicta scribania, accedit notarius prædictus ad locum vbi existunt dicti magnifici Consules, & eleuata voce legit dictam graduationem præcedendo prius Consules antiqui ad

dexte-

dexteram, noui ad sinistram, præcedentibus omnibus ipsis, virgarij vestibus telaribus, cum virgis argenteis siue massas super humeros eleuatis, exeunt à dicta Logia per dicta cancella ferrea, & via recta per vicum de les Portadoras ad vicum latum, & pergunt per vicum dictum del Regomi ad domum Ciuitatis, & ad locum vbi Admodum Illustres Consiliarij ordinariè assistunt, vulgo dictum la Istancia del Trentenari, vbi per dictos Consiliarios admittuntur sub hac forma; quod Consules militares antiqui, & nouus, cum Consiliario quinto, ipso Consule Logiæ antiquo ad extremum; Consulibus verò Mercatoribus veteri, & nouo cum Consiliario sexto similiter antiquo in extremo, nouo in medio, postea verò Mercatores qui in Logia fuerunt graduati.

14 Sic dispositis Admodum Illustres Consiliarij, & Consules sic graduati procedunt à dicta domo Ciuitatis versus plateam sancti Iacobi ad Curiam Baiuli Ciuitatis, quæ debet esse hornata pannis lanæ siue draps de ras aut sericis per nouos Consules extractos, in portice dictæ Curia, & in medio dicti portici, 15 existit cathreda similiter hornata, in qua sedet Baiulus in cuius manibus nomine domini nostri Regis præstant iuramentum prout per notarium &c. dictæ Curia legitur quo iuramento præstito sedentibus omnibus qui capere possunt offeruntur inter ipsos, & diuiduntur rami cæteraque solita diuidi omnia expensis nouorum Consulum.

Iuramentum, & cautio præstita per honorabiles Consules Logiæ Maris præsentis Ciuitatis Barcinonæ.

Die mensis

Anno

COM lo dia, ò festa de sanct March Euangelista proppassat, los molt Illustres senyor Consellers de la present Ciutat de Barcelona, conuocat, y congregat lo Consell de cent jurats, junts en la sala major de la casa del dit Consell, segons la forma del Real priuilegi à dita Ciutat atorgat, hajan feta extractio de

Con-

Consols de la Llotja de la Mar, de la present Ciutat en la forma acostumada, y en dit Real priuilegi contenguda, ço es que feren traurer de la bossa dels Ciutadans, y militars vn redoli, ab lo qual fonch trobat escrit lo nom de T. donzell, y de la bossa dels Mercaders fou extret T. Mercader Ciutada de Barcelona, los quals axi extrets fonch procchit en presentar aquelles al Magnifich Balle de Barcelona, pera que quiscu dells preste la cautio acostumada. Y perço los molt Illustres senyor t. t. t. t. t. t. Consellers lo present any de la present Ciutat, y inseguint la forma serie y thenor de dit Real priuilegi, lo dia present que compram à del mes de Maig 1655, an presentat als dits T. y T. nouament extrets en lo dit carrech de Consols de la Llotja de Mar, al Magnifich Rafel Carser y Bals Ciutada honrrat de Barcelona, Balle lo any present de dita present Ciutat, en lo Consistori de la sua Cort, hahont dit dia en presència de mi Saluador Magi Notari publich Ciutada de Barcelona, y escriua major de la Cort del dit Magnifich Balle de Barcelona, per lo noble D. Bernat Terre senyor vtil y propietari de la Escriuania della, y en presentia de t. t. y t. testimonis per estes coses cridats, y de moltes altres persones en multitut copiosa, instats y requirits, los dits t. y t. Consols predits conuenen, y en bona fe prometen al dit Magnifich Rafel Carser y Bals com ha Balle predict, que durant lo regiment y administratio de dit offici, se hauran be y llealment en ell, y que administraran justitia à totes y seugles persones, tant estranyes, com naturals, y priuades tot amor, tamor, odi, y mala voluntat posposats, y seruaran y seruar faran, totes les immunitats priuilegis, y statuts atorgats, y concedits à Religiosos caualers, y à altres qualseuol persones, y que a la fi del regiment del dit llur offici, tindran taula en la forma acostumada, y pagaran la cosa judicada per los Magnifichs Jutges de Taula, y los drets Reals, è mantendran, conseruaran, y de fet faran diligentment lo or, argent, y joyes de la Capella de la dita Llotja, y aquelles restituhiran integrament à sos successors en dit llur ofici, y per major seguretat de dits y quiscuna delles ne donan per fermanses, çoes lo dit Magnifich T. Donzell per sa part los seguets

Tres Militars, ò Ciutadans.

Tres Mercaders.

Tres Aristes.

Tres Monestrials.

E lo

E lo dit M. T. Consol Mercader per sa part done los se-
guents per fermances.

Tres Cavallers, ò Ciutadans,

Tres Artistes.

Tres Mercaders,

Tres Menestrals.

Tots Ciutadans de Barcelona, y quiscu dells insolidum, los
quals ab los dits llurs principals, y sens ells respectiuament, per
los quals son fermances acceptan de bon grat lo carrech de dita
fermansa, conuenint, y en bona fe prometent que en semps ab
llurs principals, y sense ells seran tinguts, y obligats à les dits
coses, totes y sengles per los dits sos principals de sobre prome-
ses, y per aço atendre, y cumplir, tenir, y seruar tan principal cò
fermanses ne obliguen al dit Magnifich Balle de Barcelona, que
vuy es, y per temps serà, tots y sengles bens llurs, y quiscu dells
à soles, mobles, è immobles haguts y per háuer, y en qualseuol
manera priuilegiats, renunciant en aço al benefici de noues còs-
titucions, diuidores accions, y a la epistola del diuo Adria, y con-
suetut de Barcelona parlant de hu, ò molts que insolidum se
obligan, y les fermances a la ley, dient que primer sia conuin-
gut lo principal que la fermansa, y altre dret, ò ley, dient que
deslliurat lo principal, ò sia tambe la fermansa, y tots tant prin-
cipals com fermances renuncián à tot, y altre qualseuol ley, y
dret en aço obuiants, y à la ley que diu que la general renun-
ciacio no val sino es prechint, ò subseguint la especial, y renun-
cian a llur propi, y municio de vint y sis dies, sotmetentse ells,
y quiscu dells y llurs bens, quant en aço al for cognicio, y exe-
cutio del dit Magnifich Balle de Barcelona present, y del sue-
cessor en dit son offici al qual com ha llur jutge contenten per
pacte, renuntian quant en aço à tot, y qualseuol ley y dret con-
trauenint en aço, y en semblants actes possar acostumades, y axi
ho juran per nostre Senyor Deu, y los seus sants quatre Euange-
lis per llurs mans propries corporalment, tocats de tenir, y seruar
totes les predits coses, è los dits senyors T. y F. Consols predits
presten sacrament y homenatge de ma y boca al dit Magnifich
senyor Balle, conforme los vsatges de Barcelona, y generals
Constitucions de Cathalunya, si y segons en dits vsatges, y Còs-
titucions esta disposar, rebent aquell en nom del Senyor Rey.

Testes firmarum, &c.

His

17 His per actis redeunt ad domum Ciuitatis, Consulibus nouis ad extremum antiquo Consule in medio, per eandem viam, quousque perueniunt ad eam, ingressique omnibus in dicto loco del Trentanari, per Scribam mayorem Ciuitatis legitur iuramentum quod nouiter extracti, præstare tenentur, prout in forma illius.

Sagrament dels Consols de Mar, è Iutge de Appells.

IVREN Los Consols, è Iutge de Appells, que ells continuamèt Iestaràn en la cort del Consolat, è que continuaran segons quels altres officials, è que retran justicia als clamants.

Item, que sens licencia de Consellers no partiràn de la Ciutat, si deuien estàr mes de dos dias, è que en cas que partissen de la Ciutat per los dits dos dias, leixeràn lo sagell.

Item, juren los Consols, que vna vegada dins lany de llur regiment, regonexeràn les Galeas, è altres fustes de remes, è la botiga de la dreçana de la Ciutat, per tal, que si les dites Galeas, è altres fustes de remes è los arneses, remes, veles, è altres aparellaments, è robes que son, è seràn dins la dita botiga se gasten, ò han menester reparacio. E no res menys, faràn inuentari dels dits arneses, remes, veles, aparellaments, è robes ab lo Escriuà del Consell de la dita Ciutat, ò ab algu dels Escriuans jurats de la escriuania, è apres ne faràn relacio als Consellers de la dita Ciutat, asi que, dits Consellers haguda dita relacio, pusquen degudament prouehir en ço que necessari serà, à conseruacio, è reparacio de les dites fustes, è de les altres coses dessus dites. E, axi mateix, sien pus certs dels arneses, remes, è aparellaments, è altres coses, que son, è seràn dins la dita botiga.

Item, juren los dits Consols, que tindrà, è seruaràn, è tenir, è seruar faràn en quant en ells serà, les ordinacions fetes sobre les seguretats, maritimes, è mercantiuols, è totes coses en dites ordinacions contengudes, è que tota amor, è comport cessants faràn executar los bans en aquells expressats.

Lo present jurament es tret del llibre de juraments de la Casa de la Ciutat, intitulat Llibre Dorat de juraments. fol. 36.

Quibus

18 Quibus per-actis admodum Illustres Consiliarij, & Consules nouiter extracti, & veteres, recta via per vicus supra designatos, vadunt ad Logiam Maris (seruata graduatione prædicta,) dictamque Logiam, ingrediuntur per dicta Cancellæ Ferrea. Sedentque in Magistratu Logiæ, coram quibus accedunt duo Virgarij, vnus ex illis proponit suam petitionem, alius verò Virgarius negat petita. Videlicet. *Magnifico Senyors, jo deman, que assi N. present sia condempnat en pagarme mil ducats, de vn cambi me deu?* & alius Virgarius respondit. *Senyors no li dec res?* & in signum possessionis dicti Magnifici Cōsules respōdent, quod eis ministrabūt iustitiā.

Interim verò Diffinitor Logiæ accedit ad dictos Consiliarios, & Consules eisdemque offert ramos, & cæteraque præuenta erūt in honorem festi similiter, & offerunt associatis.

His factis, Consiliarij, & Consules recedunt à dicta Logia associando dicti Consules, & Admodum Illustres Consiliarios, vsque ad dicta Cancellæ.

19 Omnibus suprædictis finitis, Consules antiqui, dant clauēs nouis Consulibus per quos ordinatur Virgarij, quod inuicent omnes Mercatores de consilio Magistratus, qui in numero sunt viginti, vt accedant hora secunda post meridiem, ad faciendam extractionem Consiliariorum, & Diffinitoris, & hora dicta congregatis dictis Consiliarijs de ordine, & mandato dictorum Consulū proceditur ad extractionem Diffinitoris, & Consiliariorum.

20 Postquam autem Magnifici Consules sunt in possessione sui officij, si casus euenerit, suæ infirmitatis, aut ex alia iusta causa, veluti absentia, ex qua causa, vel simili, non possit interesse Magistratui, potest quem voluerit in eius locum subrogare, dummodo sit Mercator, ex dispositione capituli 7. libri Consulatus, fol. 1. cuius verba sunt. *Los Consols ab duy, ò lun daquells per malaltia, ò affers, ò si sen à de partir de la Ciutat de Valencia, poden comanar lur loc à quils plan, ab que sie de la art de la mar, è açò mateix pot fer lo jutge,* quæ verba denotant, quod non solum Consul Mercator, tenetur in suum locum subrogare Mercatorem, sed etiam Consul Militaris, vt denotant verba illa pluraria. *Los Consols ab duy,* quæ quo ad substitutionem faciendam de eis, æqualiter loquitur, nullam inter eos, constituens differentiam, seu distinctionem, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, argumento *l. de pratio, ff. de publicam in rem actioe.*

De festis diuersis, quibus solent Magnifici Consules interuenire, & qua forma.

S V M M A R I V M.

- C**eremonia seruanda in celebratione sacratissimi Corporis Christi. num. 1.
 Cōsiliarij Ciuitatis inuitant Consules Logiæ, ad celebrationem festi sacratissimi Corporis Christi. num. 2.
 Consules Maris, quid teneantur facere pro celebratione festi sacratissimi Corporis Christi. num. 3.
 Consules qualiter procedere debeant in vigilia Corporis Christi. num. 4.
 Graduatio fienda pro solemnitate sacratissimi Corporis. num. 5.
 Graduatio qualiter fiat dicta die in platea Diui Iacobi. num. 6.
 Conciliarij Ciuitatis, cum graduatione facta qualiter vadant ad Templum maximum, & qualiter recedant. num. 7.
 Festum sancti Iohannis Baptista. num. 8.
 Festum sancti Elmi, qualiter celebretur. num. 9.
 Festum natiuitatis Beate Mariae de mense Septēbris qualiter celebratur. num. 10.
 De solemnitate festi Circumcisionis Domini prima Ianuarij. num. 11.
 Graduatio qualiter fienda, vbi non concurrunt omnes Consiliarij Ciuitatis. num. 12. & 13.
 Solemnitas seruanda in ingressu Domini Regis, seu Principis, aut Locumtenentis generalis, siue Cardinalis, seu Archiepiscopi Tarraconen, seu Episcopi Barcinonen. num. 14.
 Ceremonia seruanda in obsequijs Regis, seu Principis. num. 15.
 Ceremonia seruanda in obsequijs annuis don Petri de Monsada. num. 16.

De solemnitate Corporis Christi.

C A P. I I I.

SABBATO Præcedenti ante festum Corporis Christi, hora decima matutina tenentur Magnifici Consules Logiæ existere in loco Consulatus, cum proceribus Mercatoribus, ad recipiendam legationem, quam admodum Illustres Consiliarij, mittunt

mittunt cum qua prædictos Consules inuitant, vt vespere dicti festi videlicet, die Mercurij, hora tertia post meridiem accedant ad porticum sancti Iacobi, vt consistorialiter ambo Magistratus, forma assueta, accedant ad Templum maximum ad vespervas audiendas, & dicti Magnifici Consules ambaxiatoribus respondent, quod magni faciendo, seu æstimando legationem parati existunt ad implere, quæ eis iniunguntur, & solita sunt fieri.

Et incontinenti dicti Magnifici Consules ordinant suis Virgarijs, quod nomine Magistratus inuitent diuersos Mercatores, vt accedant ad Logiam Maris, dicta die Mercurij, hora secunda, ad associandos Magnificos Consules.

Dicta die Mercurij, vigilia dicti festi, hora secunda, Magnus Consul Mercator accedet prius ad Logiam Maris, sedebitque in scamno coram portali horti, ad manum dexteram, accedet postea Magnus Consul Militaris, sedebitque in dicto scamno, ad dexteram Consulis Mercatoris, accedent diuersi Mercatores inuitati, sedebuntque in dictis scamnis, nulla formaliter ceremonia inter eos habita.

Postea verò certiorati, quod hora est iam recedendi à Logia, eundemque ad dictum porticum sancti Iacobi, certiorati dicti Consules, quod in dicto porticu existunt iam tres Consiliarij, tunc duo Diffinitores Logiæ, cum Scriba maiori ipsius associati, per aliquem Mercatorem antiquum, accedunt ad tabulam dictam del Periatge, ordinabuntque graduationem, attendentes ad Mercatores antiquiores, de matricula graduando vnum, Senem in ætate, cū alio antiquo de matricula ad latus Magnificorum Consulū.

Facta dicta graduationem, accedunt ad locum vbi Magnifici Consules, & Mercatores inuitati sedent, Scribaque maior, alta, & intelligibili voce leget graduationem, & iuxta eam exeunt à dicto porticu Logiæ, per cancella ferrea, per vicum vulgo dictum de las Portadoras, ad vicum amplum, & recta via ad dictum porticum sancti Iacobi, vbi Consiliarij existunt, coram ipsis transferebant ipsos salutantes ingrediuntur Ecclesiam sancti Iacobi, vbi tantisper orant, exeundo postea ad porticum, sedent inter Consiliarios quintum, & sextum.

His peractis Magnifici Consiliarij, in forma solita per eos, faciunt graduationem, in qua assistet nouus Diffinitor Logiæ, & Scriba maior dictæ Logiæ, vt Magnifici Consules, graduentur suo loco.

7 Graduatione sic facta pro parte Ciuitatis, interfaciunt ad Templum maximum, Consul Militaris ad sinistram Consiliarij quinti, & Consul Mercator, cum Consiliario sexto ad extremum, cuiuscumque lineæ, transeunt per viam Bibliothecorum, ad plateam Regis, coram palatio Inquisitionis, ingrediuntur Templum maximum per hostiam majus, transeundo per medium chori, ad Altare majus, sededo iuxta dictam graduationem, finitis vesperis, quæ finiuntur in capella Corporis Christi, in claustris Sedis, ad latus capellæ Purissimæ Conceptionis, exient à Templo maximum, per hostium sanctæ Eulaliæ, transeundo coram domus Deputationis, iterum reuertuntur ad dictum porticum sancti Iacobi, sedebuntque in porticu discooperto, vbi fit diuisio, & oblatio ramorum quibus finitis, si exteterit Cancellarius Regius, seu alia persona præstans, ipsa prius recedet, postea dicti Magnifici Consules recedunt ab ipsis Consiliarijs, eademque forma, qua venerunt ad Logiam.

De festo sancti Ioannis.

8 **D**IE Antecedenti festo sancti Ioannis Baptistæ, vigilia videlicet illius hora decima matutina, Magnifici Consules existunt in Logia, dicto loco Magistratu, cum Mercatoribus proceribus ad admittendam legationem dominorum consiliatorum Ciuitatis. Vt sequenti die, dicti Magnifici Consules cum proceribus æquæstet associant dictos Consiliarios, & Ciuitatem, quæ legatione exposita pro parte dictæ Ciuitatis, dicti Magnifici Consules respondent, quod parati sunt facere assueta, sicuti prædecessores sui fecerunt, regratiantes dictis Consulibus honorem pro eorum parte factum.

Et statim dicti Consules ordinant dictis Virgarijs, quod eorum nomine inuitent omnes Mercatores, ipsos deprecando, quod sequenti die festi sancti Ioannis, hora quinta matutina, dignentur esse æquæstet coram Logia, ad associandum dictos Magnificos Consules, similiterque ordinabunt officialibus dicti Magistratus, quod æquæstet dicta die accedat ad dictum locum æquæstet.

Die verò sancti Ioannis Baptistæ, hora quinta matutina, Consul Mercator accedat ad dictam Logiam æquæstet, accedat similiter postea Consul Militaris, qui ad dexteram Consulis Mercatoris,

toris, vna cū Mercatoribus certiorati omnes, quod in platea dicta del Born, iam sunt congregati tres Consiliarij, accedunt ad eos Diffinitor Logiæ, vna cum Scriba maiore Logiæ, & antiquiore Mercatore, existentibus omnibus æquæ, ordinabunt graduationem, vt dictum est, in die Corporis Christi, qua facta procedunt ad dictam plateam, per vicum dictum los Cambis, transfundo coram Ecclesia sanctæ Mariæ, peruenientque ad locum vbi Consiliarij existunt, Consul Militaris, associatus Cōsiliario quinto, ad manum sinistram, Consulq; Mercator ad sinistram Consiliarij sexti, tunc Diffinitor Logiæ accedat vbi fit graduatio, pro parte Ciuitatis, assistetque graduationi fiendæ, sicuti dictum est, in die Corporis Christi, qua facta procedant omnes per solitos vicos, & plateas præsentis Ciuitatis, iuxta ritum Ciuitatis. Tandem redeunt ad dictam plateam del Born, vbi dicti Cōsules cum suis associatis facta debita reuerentia, reciproca dictis Consulibus, per eandem viam redeant ad dictam Logiam.

De festiuitate sancti Helmi.

LICET Festi sancti Helmi, euenit secunda die mensis Iunij, solet celebrari in Dominica quæ cōueniuntur, seu designatur, festū dicta designatione facta, die Sabbati præcedenti mane procer Mercator Confratriæ dicti Sancti, vna cū Proceribus marinerorū dictæ Confratriæ, accedunt ad Logiam Maris, inuitant Magnificos consules, vt in celebratione vesperarum, & officij, dicti Magnifici Consules Confrariam prædictam honorent; quo facto statim dicti Magnifici Consules mandant Virgarijs, inuitent omnes Cercatores, vt hora tertia dicti Sabbati accedant ad Logiam, ad associandum prædictos Consules ad Ecclesiam sanctæ Claræ, in qua est edificata Capella dicti Sancti. Die autem Sabbati, Consul Mercator, hora secunda perueniet ad Logiam, sedebitque in scamno parato, iuxta portale horti ad dexteram, debet autem tota Logia prius rigari, ramisque, & floribus aspergi, quæ facere tenetur Virgarius antiquior, qui habitat, & facit suam per mansionem in domo iuxta dictam Logiam; Mercatores autem inuitati, quādo venient sedebūt in scamnis præparatis prædictis.

Accedat postea ad dictum locum Consul Militaris sedebitq; in dicto scamno, ad latus dicti Consulis Mercatoris, similiter, &

Mercatores si qui cum eo venerint, sedebunt in dictis scamnis. Prædictis sic dispositis Diffinitor Logiæ, vna cum Scriba maiori accedent ad tabulam Consulatus, cum antiquiore Mercatore, ad faciendam graduationem associando antiquos, cum nouis, & Consulibus, attendendo antiquitatem respectu matriculæ, magis quam ad facultates, & oper facta graduatione, Virgarijs præcedentibus, cum suis vestibus, & virgis argenteis exeunt à Logia, per hostium portale versus domum Generalis Cathalonix, perguntque ad dictam Ecclesiam sanctæ Claræ, per rippariam, coram Piscataria, versus plateam Vlmium, coram Ecclesia sanctæ Martræ; accedentesque ad dictam Ecclesiam, orabuntque prius ad Altare majus, coram sanctissimo Sacramento, deinde accedunt ad capellam sancti Helmi, vbi sedebunt ad dexteram. Accedentibus autem Consiliarijs Ciuitatis, prædicti Consules obuiam eis exient, Consul Militaris ad latus Consiliarij quinti, & Consul Mercator cum Consiliario sexto, etsi forsan, non erunt nisi tres Consiliarij, ipsi præcedunt: Consules verò Logiæ post eos; si verò duo Consiliarij tantum vnusquisque Consul ad sinistram Consiliarij associati, pergunt ad dictam Capellam, eandem ceremoniam seruabunt, finitis vespers, seu officio, quando recedent à Capella, vsque ad hostium Ecclesiæ. Aduertant tamen dicti Magnifici Cōsules, quod ipsi debent præhite ad dictam Ecclesiam, ita vt sint in ea, priusquam perueniant Consiliarij.

Finitis autem vespers, & iam recessis Consiliaris à dicta Ecclesia, similiter, & finito officio in die festi, recedunt dicti Consules ab ea, perguntque versus Logiam, in quam ingrediuntur per hostium vbi cancella ferrea existunt, ingressisque congratulabunt Mercatoribus, qui eos associati fuerunt, eundem ordinem seruabunt in die festi cundo ad audiendum officium, tam eundo, quam redeundo.

De festiuitate Natiuitatis Virginis Mariæ.

TRIBVS Diebus præcedentibus festum Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ, Diffinitores Logiæ, accedunt ad Reuerendissimum Episcopum Barchinonensem. Et nomine Magistratus, suam Dominationem deprecabunt, dignetur sua Dominatio eisdem licentiam concedere celebrandi dictum festum, similiter Missam
Ponti-

Pontificalē celebrare, (etsi forsan Canonici aliqui sint filij Mercatorum,) sibi in celebratione illos associare, & honorare.

Tribus similiter diebus ante meridiem, duo Diffinitores Logiæ associati à duobus, vel quatuor Mercatoribus, senibus ipsos sequentibus Virgarijs vestitis vestibus ordinarijs, virgisque argenteis, siuè masses deferentibus (non tamen eleuatis) sed submissis manibus deferentibus, retro tamen dictis Diffinitoribus accedent ad dominum Regem, & dominam Reginam, si existunt seu aliam Regiam personam, prædictis verò absentibus ad Locumtenentem generalem, seu Governatorem, Consiliarios, Ciuitatis, Deputatos, & ad alios intra Ciuitatem receptos, tam Ecclesiasticos, quàm Seculares, dummodo titulares sint, Diffinitorq; nouiter extractus nomine Magistratus, prædictos inuitabit ad celebrationem dicti festi, ipsi enim Diffinitori nouiter extracto, incumbit festum, & omnia ad illius celebrationē necessaria præparare.

Deinde accedunt secundò, ad Reuerendissimum Episcopum Barchinonensē. deprecantes celebrationem Pontificalis; proxiā suæ Dominationi iterum supplicarunt. vespere autem festi, prior accedet ad Logiam, Consul Mercator, deinde Militaris, sedebuntquē in porticu, qui existit in hortu. Vnde exhibunt associati cum Mercatoribus inuitatis, ingrediunturque Logiam, Consulque Militaris sedebit in scamno præparato, iuxta gradus Altaris ad dexteram, & Consul Mercator sedebit in alio scamno posito in parte sinistra, iuxta dictos gradus ad spatulam Consulis Mercatoris, stabit præparatum scamnum paruum, vbi sedebunt duo Diffinitores nouus, præcedet antiquum.

Accedentibus Consiliarijs Ciuitatis, Consules associati per Mercatores, qui eis assistunt, exiunt illis ob viam ad cancellum ferrea, associantes illos, vsque ad gradus Altaris, ipsique Consules redeunt ad sua loca, Consiliarij verò sedent superius iuxta Altare ad dexteram, quia in vespere, nec persona Regia, nec Locumtenens solent assistere.

Constitutis prædictis Consiliarijs, & Consulibus in suis locis prædictis Præsbyter quem elegit Diffinitor iunior incidit vespere, ad ipsum namque pertinet electio Præsbyteri ad dictas vespere incipiendas.

Finitis illis recedentibus Consiliarijs, illis assistentibus Con-

fulibus, vadunt ad sacellum Beatæ Virginis, constructum in horto in quo est fundatum jubileum, ibique deprecabunt Deum, finitaque oratione, exeunt per hostium horti quousque Consules eos associant, in quo loco dicti Consules deprecant dictos Consiliarios, dignentur sequenti die ad officium accedere.

Hora completorij fit officium, cum magna musica, & solemnitate, non existentibus Consiliarijs, nec Consulibus.

Die verò festi, Consules, vt dictum est, accedunt ad porticum horti, vbi assistunt, quousque vadant ad Altare graduati, vt dictum est in vesperis; etsi Episcopus accedat ad Missam celebrandam, Consules, cum proceribus obuiam ei exeunt ad cancella ferrea, etsi forsan spectanda sit persona Regia, seu Locumtenens, deprecantur ipsum dignetur interim ingredi locum, vbi Consilium Logiæ congregatur in aspectu Maris, quousque perueniet Locumtenens.

Quando verò accedet Locumtenens, Consiliarij, & Consules obuiam illi exeunt, ipsumque associant quousque peruenit ab sitiale iuxta Altare, ipsoque ad illud peruento, Consiliarij sedent in scamno præparato iuxta Altare ad sinistram, Consules verò redeunt ad sua scamna.

Si interim accedant personæ Titulares, nulla de eis mensio fit, cum præcedentia sit solum Locumtenentis.

Omnibus prædictis factis, incipiunt cantare officium, & quando incipiunt decantare Credo, duo Diffinitores cum virgarijs retro cum suis vestibibus & virgis argenteis submissis, accedunt ad locum vbi Prædicator existit, ipsumque associant ad recipiendâ benedictionem, qua recepta eum deferunt ad locum designatum pro consione, ipsi verò redeunt ad sua loca.

Omnibus prædictis finitis Consiliarij, & Consules associando Locumtenentem, accedunt ad capellam Virginis Mariæ, vbi tantisper orant, deindè recedit per portam horti, Consiliarij verò, & Consules redeunt intra Logiam expectantes, quod Episcopus velit recedere, eundemque associant ad capellam Virginis Mariæ, deinde ad portam horti.

Cum his, finiuntur ceremoniæ dicti festi, quia ad secundas vespertas non accedunt dicti Magistratus.

De solemnitate, quæ singulis annis fit, die prima mensis Ianuarij.

PRIMA Die anni, & mensis Ianuarij, quæ vulgariter appellatur, dia de Ninou, vel de cap de Any, fit celebratio magna in præsentî Ciuitate, in qua etiam concurrunt Magnifici Consules Logiæ Maris, sub hac forma.

Die præcedenti, quæ est vltima mensis Defembris, hora decima matutina, solent congregari in Aula Magistratus, cum proceribus Mercatoribus, ibique expectant legationem, quam eis mittunt Consiliarij Ciuitatis, vt sequenti die dignetur dicti Consules, (vt solent æquester,) illos associare in transitu Ciuitatis, legatis autem peruentis, & data legatione, Magnifici Consules respondent congratiando dictam legationem, offerentes separatos facere, quæ solita sunt.

Tunc Magnifici Consules ordinant Virgarijs, quod inuitent eorum nomine omnes Mercatores, depræcantes eos, vt sequenti die festi æquester accedant ad cancella ferrea, sicuti dictum est, in die festi sancti Ioannis.

Peruento autem die prædicto, hora prima accedent ad dictum locum, prius Consul Mercator, deinde Consul Militaris, ibique existent cum Mercatoribus, qui peruenerint, quousque certiorati sint, quod in platea Diui Iacobi, iam peruenerint tres Consiliarij, & tunc Scriba mayor Logiæ, vna cum duobus Diffinitoribus, faciet graduationem, in primò gradu Consul Militaris, ad sinistram ipsius Mercator antiquus, deinde Consul Mercator, accedet cum alio Mercatore, ad eius sinistram, deinde ceteri Mercatores, vnus antiquus cum juniore, itavt duo vadant in vna linea, etsi facta graduatione de duobus superfit aliquis Mercator, constituetur in vltima linea inter duos.

Facta graduatione pergunt ad plateam sancti Iacobi, vbi existent Consiliarij Ciuitatis, cum suis proceribus, & associatis. Peruentis Consulibus ad dictam plateam, Consul Militaris constituitur ad sinistram Consiliarij quinti, & Consul Mercator ad sinistram Consiliarij sexti, tunc pro parte Ciuitatis ista graduatio, in qua debet assistere Diffinitor nouiter extractus, facietque graduare Mercatores qui associarunt Consules, constituentes ipsos Mercatores immediatè post lineam Consiliarij sexti, in qua linea debent graduari Diffinitores, & Mercatores qui fuerunt proceres dictorum Consulium.

Quibus

Quibus sic dispositis, deambulabunt per Ciuitatem, iuxta ritum Ciuitatis, quousque redeunt ad plateam sancti Iacobi, vbi Consules facta debita reuerentia Consiliarijs, & cæteris redunt ad Logiam per eosdem vicos. Aduertendo, quod omnes officiales Logiæ, dictæ die tenentur associare æquester dictos Magnificos Consules.

12 Et quia reperi in libris Logiæ Maris, duos casus extraordinarios notatos, vt in simili possint deseruire pro tēporibus, hic eos referam. In anno 1596. existentibus Consiliarijs in capite Ioanne Michaele Sabastida, Secundò Hieronymo Cardona, Tertiò Gabriele Antonio Bossler Medico, Quartò Raphaele Iordà Mercatore, Quintò Ioanne Sala Notario publico Barcinonæ, & Syndico Ciuitatis. Existentibusque Consulibus Logiæ, Francisco Gammis Domicello, & Gabriele Esteue Mercatore, dicta die non existentibus in Ciuitate, nisi quatuor Consiliarijs, eo quod dictus Ioannes Sala Consiliarius quintus, reperiebatur in Villa de Madrid, extitit controuersia, vbi Consul Mercator esset collocandus cum Consiliarius quintus, ad cuius latus Consul Mercator, solitus erat associari, esset absens; habito maturo consilio per Consiliarios Ciuitatis, cum proceribus Ciuitatis recognitis exemplaribus antiquioribus dictæ Ciuitati, decreuerunt, quod Consul Militaris associaretur Consiliario tertiò, & Consul Mercator insederet Consiliario quarto, et sic facta dicta graduatione deambularunt, vt solitum est.

Existit etiam notatum, quod prima Ianuarij 1631. existentibus Consiliarijs Ciuitatis Gæorgio de Fluuià Domicello, Mathia Vilar Ciue honorato, Iosepho Esteuanell V. I. D. Antonio Sagrera Mercatore, Iosepho Sayòs Faber-lignario, existentibusque Consulibus Logiæ, Philippo De-forribes, & Des-coll Domicello, & Iacobo Damians Mercatore, dicta die in platea Burni, solum reperti fuerunt tres Consiliarij, videlicet dictus Vilar, dictus Steuanell, & dictus Sayòs, duobus alijs Consiliarijs infirmitate impeditis, similiter impedito Consule Militari, in cuius locum subrogatus erat Michael Planes Mercator, & graduatio fuit facta, quod dictus Iacobus Damians, qui erat Consul Mercator, fuit graduatus cum Consiliario tertiò, cui assistisset Consul Militaris, si extitisset, dictus verò Michael Planes subrogatus, in locum Consulis Militaris, fuit graduatus cum Consiliario quinto, ex quibus

apparet, quod Consul Mercator præcedit quemlibet substitutum per Consulem Militarem.

De ingressu Domini Nostri Regis, seu Principis, aut Locumtenentis generalis, seu Cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Archiepiscopi Tarraconens. & Episcopi Barcinonens.

14 **I**N Prædictis ingressibus Ciuitatis, Consiliarij mittunt legationem Consulibus, eos certiorando de die ingressus, de hora, eoque deprecando, quod æquester dignentur ipsos associare, vt solitum est. Tunc per Magnificos Consules seruant eundem, ordinem, prout notatur in festiuitate sancti Ioannis Baptistæ.

De solemnitate cum qua extrahitur Vexillum Ciuitatis, vullo dictum, la Bandera de sancta Eularia, contra aliquam Ciuitatem, seu Villam rebeldem Ciuitati Barcinona.

15 **P**RÆDICTO Casu, Magnifici Consiliarij mittunt legationem ad Magnificos Consules Logiæ, certiorantes de die, & hora qua Vexillum est defferendum, eos deprecando, vt cum Mercatoribus æquester, dignentur ipsos associare. Consules statim ordinant Virgarijs, vt inuitent Mercatores, vt accedant ad cancella ferrea, hunc designata æquester, peruentis autem omnibus ad dicta cancella, ipsi Cōsules præheuntibus Virgarijs, cum vestibus, & virgis argenteis accedunt ad domum Ciuitatis, ipsi verò Consules non defferunt proceres, quia non haberent locum in Comitatu Ciuitatis, eoquod Deputati, & Auditores computorum, etiã associantes Consiliarios incedunt.

Facta graduatione à Ciuitate, defferunt Vexillum ad ostium Ciuitatis, dictum portale de sancti Antoni, in eoque collocant, seruato ritu Ciuitatis, indeque reuertuntur ad domum Ciuitatis, in qua disgregantur omnes seorsum, Consulesque cum suis associatis redeunt ad Logiam.

De obsequijs alicuius Domini Regis, seu Principis.

16 **C**ertiorati Consules Logiæ, per Consiliarios Ciuitatis de obsequijs Regis celebrandis, (quæ solent durare tribus diebus) singulis

singulis, & diebus dicti Consules associati per Mercatores, proceribus eorum cum Virgarijs, & cæteris officialibus Logiæ, indutis omnibus vestibus lugubribus, accedunt ad domum Ciuitatis, in qua resident Consiliarij, ibique associati omnes assistunt aliquantulum temporis. Tertia autem die mane, hora octaua, Consules associati per proceres dictos, accedunt ad Templum maximum, ingrediunturque præbyterium, vbi iam sunt Consiliarij, Consulque Militaris sedet ad latus Consiliarij quinti, Consulque Mercator, sedet ad latus Consiliarij sexti, vbi resident quousque officium, & responsoria finiuntur. Quibus finitis Consiliarij, & Consules, vt dictum est, simul redeunt ad domum Ciuitatis, à qua Consules cum suis associatis recedunt, & redeunt ad Logiã Maris.

De aniuersario, quod singulis annis celebratur in Logiã, pro anima Don Petri de Moncada.

17 **S**olent Consules Logiæ singulis annis facere, quod celebretur Saniuersarium solemne, pro anima Don Petri de Moncada, fœlicis memoriæ, fundator capellæ Beatæ Virginis Mariæ, & trium beneficiorum in ea per eum fundatorum, quorum patronatus, jus dimisit dictis Consiliarijs pro præmio laboris assistentiæ in dicto aniuersario, & prædicti beneficiati residentiam habent in Ecclesia parrochiali Beatæ Mariæ de Mari, & debent admitti ad distributiones, quæ largiri solent omnibus beneficiatis. Habito inter Consules, colloquio de celebratione dicti aniuersarij, mittunt ad Consiliarios Ciuitatis, Diffinitores Logiæ, depræcando ipsos Consiliarios, dignentur assignare diem ad celebrationem prædictam; de qua die certiorati Consules, per responsionem dictorum Consiliariorum, si aliquis de dicta domo de Moncada reperiat in præsentem Ciuitate, debent dicti Consules ipsum inuitare, vt assistat prædicto aniuersario.

Die designata mane, hora octaua, dicti Consules induti vestibus lugubribus, associati per diuersos proceres, accedunt ad Altare, sedebuntque cum associatis in scamno parato, iuxta dictum Altare, in manu sinistra, sedendo prius Consul Militaris, deinde Consul Mercator, & consecutiue cæteri Mercatores inuitati, quando vero peruenient Consiliarij Ciuitatis ad cancella ferrea, Consules cum associatis Mercatoribus, exient ob viam dictis Consulibus

libus deferendo eos, ad scamnū iuxta Altare paratum ad dexterā.

Si verò aliquis de dicta domo de Moncada existat in Ciuitate, & inuitatus fuerit ad dictum aniuersarium, & accedat, dicti Consules, cum associatis obuiam ei exient, vsque ad dicta cancella ferrea, eumque deferunt ad scamnum, vbi Consiliarij existunt, & ibi sedebit prior Consiliario primò.

In dicto autem aniuersario debent assidere octo pauperes, ad latus tugurij, cū vestibus, coopertis capitibus, pannis coloris Franciscanæ ordinis, quæ indumenta diuiduntur sic, videlicet vnusquisque ex Consulibus nominat duos pauperes, similiter vnusquisque ex Diffinitoribus nominat duos alios pauperes, prout dictus Don Petrus de Moncada in suo testamento disposuit, Diffinitor autem nouus tenetur prouidere, & emere pannum necessarium ad dicta indumenta.

Celebrato officio, & finita ceremonia, Cōsules petunt à Cōsiliarijs, vt assignent diem ad Matriculam Mercatorum faciendam.

De creatione Mercatorum, & qualitatibus creandorum, quæ vulgari- ter dicitur Matriculæ.

S V M M A R I V M

Matricula fienda prius presigitur dies. num. 1.

Matricula quæ forma fiat. num. 2.

Iuramentum est prestandum ante matriculationem. num. 3.

Nominandi qui sint prius pro matricula. num. 4.

Matricula qualiter fiat, & qua forma. num. 5.

Matriculatio qualiter inspiciatur. num. 6.

Matriculatio qualiter fiat in domo Ciuitatis. num. 7.

Mercatores potest creare Dominus Rex. num. 8.

Præcedentia inter Mercatores nominatos, qualiter fienda. num. 9.

Præferendi, qui sint, ex Mercatoribus nouiter nominatis. num. 10.

Qualitates quas debent obtinere illi qui creandi sunt Mercatores. num. 11.

C A P. I V.

DIE Assignata per Magnificos Consiliarios, Consules Logiæ præcedenti die, faciunt congregare Mercatores viginti,

C

qui

qui sunt de consilio Consulatus Logiæ , vt hora secunda post meridiem , accedant ad dictum Magistratum , ad habilitandum illos, qui veniunt creare Mercatores.

- 2 Peruento autem die junctis Consulibus , & Mercatoribus consilij , deffertur liber in quo scripta sunt nomina eorum , qui prætendunt Mercatores creari, ipsiq; Cōsules faciunt propositionem , quod præsens dies est assignata ad habilitandum personas, quæ sequenti die defferri debent ad domum Ciuitatis, vt ibi crehantur , defferturque per Scribam Consulatus papyrus, qui solet haberi in tabula, vbi soluitur jus pariatici, in quo scripti existunt propria manu nomina prætendentium creari Mercatores,
- 3 lectisque nominibus eorum præstiro prius juramento per dictos Consules , & Diffinitores, & Mercatores de consilio, quod seruabunt priuilegia Serenissimi Imperatoris Caroli. Dat. in Castro nouo Neapolis, vigesima Martij, 1536. Similiter , & priuilegium Serenissimi Regis Philippi secundi. Dat. in villa de Madrid , 10. Februarij. 1595. in, & cum quo existunt diuersæ ordinationes factæ per Consiliarios præsentis Ciuitatis , & per Consules Logiæ , &
- 4 signanter, quod in nominatione faciendâ pro Matrícula prius nominentur illi , qui nupti sunt cum filia Mercatoris matriculati, & si plures sint, præfferuntur illi qui sunt nupti cum filia Mercatoris antiquioris de matrícula, & factaq; propositione supra mēsam, ante duo trulla argentea, siuè bassinas constituent, & in illis existât viginti trocei papyri, in vno quoque illius scriptû de manu Scribæ cōsilij, Habilitetur, & in alio trullo existant alij viginti trocei papyri albi, ex quibus per manus Scribæ consilij dictæ Logiæ vnusquisque, ex viginti votantibus capiet duos troceos, vnû scriptû, alium album, illosq; ille qui vouet deponet in duabus capsulis existentibus in mensa coram Consulibus, vnâ ex illis virida, alia croquea, in virida apponent troceum scriptum, si in fauorem prætendentibus vouent, alias autem si in contrarium vouet, albam mittitur in virida, in croqueam verò album, sic enim fuit ordinatum per consilium habitum , quarta Aprilis 1607. eoque antiquitus solebat vnus Mercatorum ab alijs votantibus accipere sedulas, & illas reponere in capsulis, ex quo fiebat, quod vota non libere profferebantur , sed habito respectu ad promissiones præcedentes inter eos, ex quibus dicto die fuit deliberatum, quod vnusquisque ex viginti votantibus , vnus post alium , voueat expectando,

pectando, quod reuersus fuerit votus ad locum vnde exiuit, priusquam progrediatur alter ad votandum.

6 Postquam vouerint Scriba major, pleno Consulatu, recognoscent dictos papyros, & si aliquem inuenerit aliquo signo signatum, etiamsi omnes iam vouerint, talis habilitatio pro non facta habeatur, taliter quod iterum teneantur votare, neque possit similiter, ex votantibus accedere ad votandum, quin prius ille, qui ipsum præcedebat reuersus fuerit, ad locum vnde digressus erat. Finitoque actu, ipsi Consules facto memoriali clausoque, & sub-signato per Scribam Logiæ, sequenti die, accedunt ad domum Ciuitatis, videlicet Consul Mercator, (Militaris enim Consul, huic actui non præhest,) associatus cum Mercatoribus de consilio Logiæ, accedunt ad Ciuitatem, ad locum vbi congregantur Consiliarij, & consilium ordinarium, vulgo dictum Trentanari, ibique congregatis Mercatoribus, qui sunt de consilio Centum, vilari clausaque janua, facta propositione per Consiliarium primum, seruatur eadem forma in modo votandi, quæ seruatur in Consulatu Logiæ Maris, factoque scrutinio, ille qui habet vota debita, remanet Mercator creatus, & describitur in libro Mercatorum Ciuitatis, & Logiæ, de quibus per Scribam maiorem Ciuitatis, fit instrumentum publicum, aduertendo, quod ad hoc, vt habilitatus remaneat, debet habere duas partes, & votantibus factis ex illis tribus partibus.

8 Potest tamen Dominus Rex, ex sua suprema regalia, non obstante creatione prædicta per ciuitatem Barcinonæ facta, alios Mercatores creare, cum suo Regio priuilegio, vt latè tradidi in meo libro de Regalijs, cap. 5. de Regalia creandi Duces, &c. à num. 58. cum sequentibus. Vbi retuli Regiam sententiam, referente Magnifico Francisco Aguilò, tunc de Regia Audientia, lata 22. Aprilis, 1623. cù qua declaratum fuit, Mercatores à Domino Regio creatos, gaudere in omnibus, & per omnia gratijs, priuilegijs, libertatibus, prerogatiuis quibus gaudent Mercatores creati per Ciuitatem, & Logiam, tam circa inbursationem omnium officiorum, tam Ciuitatis, quàm Logiæ, de his meminit Fontanella, tom. 1. decis. 294. per totam.

9 Licet autem illi qui creandi sunt Mercatores, veniant suo ordine scripti, vnus post alium, possunt Consiliarij in propositione per eos facienda, turbato ordine scripturæ, nominare gradatim

quos voluerint, dummodo prius proponant nuptos cum filiabus Mercatorum, quia isti semper cæteris sunt præferendi, iuxta ordinationem factam per consilium Centum virale, 20. Aprilis 1594. cum alijs capitulis, confirmatis per Serenissimum Regem Philippum secundum, cum suo Regio priuilegio. Dat. Madrid, die 10. Februarij. 1595. Facto autè dicto scrutinio, si aliquis reperiatur, qui non peruenerit ad legitimum numerum votorum, eorumque patrini instant, vt iterum scrutinium fiat, & voueant non potest hoc fieri, quin ille talis non peruenerit saltim ad duodecim vota.

Estaturum est similiter, quod post quam vota fuerunt emissa intra capsulas, tunc prius aperiatur virida, & recognoscantur papyraciones in capsula repertas, & hoc publicè fiat, vt omnibus de consilio ignotescat.

Qualitates quas debent habere illi qui creandi sunt, Mercatores referuntur.

Primò, nullus est admittendus ad Matriculam, quin sit verè Cathalanus, & habitator in Ciuitate, saltim quatuor annis.

Item, non admittantur nisi qui soliti sunt negociare.

Item, nullus Curritor auris, etiamsi sit nuptus cum filia Mercatoris, possit admitti ad matriculam, quin prius per instrumentum publicum autenticum constet, per saltim tribus mensibus antequam fiat matricula, renuntiauerit in manu, & posse Consiliariorum Ciuitatis cursoriam, & per dictos Consiliarios facta nominatio, alterius personæ ad illam obtinendam, & illa fuerit approbata per cæteros Cursores auris.

Item, nullus Botigerius telarum, aut alteri artifex, aut operarius possit admitti ad Matriculam, quin prius constet cum publico instrumento, quod dimiserit operari, & habere botigiam, trāsuleritque domicilium in aliam domum tribus mensibus, ante Matriculam.



De infcultatione, habilitatione, & extractione officialium Magistratus Logiæ Maris Ciuitatis Barcinonis.

S V M M A R I V M.

- I**nfcultatio, & extractio Consulum, & aliorum officialium Logiæ ubi fiet. n. 1.
 Consilium Logiæ ex quot formetur, & quot sint officiales. num. 2.
 Infcultatio qualiter fiebat antiquitus. num. 3.
 Infcultatio ad consilium Logiæ, de quot fienda. num. 4.
 Infcultandi in bursa seniorum, cuius ætatis esse debeant. num. 5.
 Infcultandi in bursa iuuenum, cuius ætatis esse debeant. num. 6.
 Infcultatio de quot annis debeat fieri, & quo die. num. 7.
 Infcultatio per quos, & qua forma fienda. num. 8.
 Infcultationis tempore quid sit fiendum. num. 9.
 Infcultandi qui sint. num. 10.
 Iuramentum præstitum per infcultatores ante infcultationem qualiter intelligatur. num. 11.
 Aduocati Logiæ, quot possint esse infcultati. num. 12.
 Aduocati extracti Logiæ, an possint repelli. num. 13.
 Infcultari qui possint ad bursum Scribæ, & Syndici Logiæ Maris. num. 14.
 Notarij Regij an possint inbursari in bursa Syndici, & Scribæ Logiæ. num. 15.
 Infcultari qui, & quot possint inbursari in bursa Virgarij Logiæ, & custodis jurispariatici. num. 16.
 Virgarij quot possint esse. num. 17.
 Custodes jurispariatici. num. 18.
 Extractio Officialium Logiæ qualiter fiebat. num. 19.
 Infcultationis forma antiqua, sicut nouata per Serenissimum Regem Philippum tertium. num. 20.
 Extractio ad consilium Logiæ, quando posset fieri per mortem, seu absentiam alicuius. num. 21.
 Diffinitor Logiæ, vulgo dicto Defenedor, qualiter fienda. num. 22.
 Colletor jurispariatici qualiter, & quo tempore sit fienda. num. 23.
 Extractio Aduocati, qualiter fienda. num. 24.

- Extractio Scribae, & Syndici Logia qualiter, & quando fienda. num. 25.
 Extractio Custodis Iurispariatici, & Virgariorum Logia qualiter fienda. n. 26.
 Extractio qualiter fienda, & quo tempore per mortem alicuius. num. 27.
 Renunciare potest quilibet Officium ad quod fuit extractum. num. 28.
 Extracti ad Officium aliquod Logia, qualiter habentur. num. 29.
 Officialis extractus ad officium Logia, quando sit inhabilis. num. 30.
 Officia duo an possit quis obtinere. num. 30.
 Officia quando dicantur incompatibilia. num. 31.
 Executor Iurispariatici, seu Collector, an possit habere aliud officium. num. 32.
 Consilium viginti, potest aprobare, seu reprobare personas extractas ad officia Logia. num. 33.
 Habilitare personas extractas ad officia Logia, pertinet ad Consilium Logia. n. 33.
 Falliti inhabiles sunt ad obtinendum officia Logia. num. 34.
 Officium Receptoris, & Credencierij non possunt durare ultra biennium. n. 35.
 Purgare, quando tenentur, & quo tempore, qui obtinuerunt officia. num. 36.

C A P. V.

- 1 **C** V M Insculatio, & extractio Consulium, & Iudicis Appellationum Logia Maris fiant in domo, seu consilio Ciuitatis Barcinonis, vt est notorium, istique sint Regij officiales, ideo in hoc cap. solum agam de insculatione, habilitatione, & extractione ceterorum officialium dicti Magistratus.
- 2 Sunt igitur isti Officiales, (vltro consilium, viginti procerum Mercatorum, vulgo dictum Consell de vint,) qui sequuntur, videlicet duo Defensores, vulgo dicti, Defenedors, duo Aduocati ordinarij, nam in privilegio Regis Philippi secundi, relati infra num. 7. fit mentio de alio Aduocato extraordinario insuper vnus Mercator, & Collector, & alius Credencierius, vulgo Credencier, juris, seu vectigalis Pariatici, vulgo del Pariatje, vnus Scriba negotiorum extrajudicialium dicti Magistratus, vnus Syndicus, duo Virgarij & demum custodes dicti Iuris Pariatici.
- 3 Insculatio officialium predictorum, olim fiebat de mandato Domini Regis, nunc autem fit iuxta formam infra num. 3. relatum, vt latius continetur in privilegio Regis Ferdinandi. Dat. in Ciuitate Hispalis, die trigesima prima, mensis Martij, anni à Natiuitate Dni, millesimi quingentesimi, in dicto num. 5. allegato.
- 4 Primò, videamus de insculatione Procerum consilij predicti ex quibus

ex quibus extrahuntur, & alij Officiales, qui debent esse Mercatores. Isti igitur Proceres Mercatores, sunt diuisi in duabus, bur-
 sis, quarum vna vocatur, prima Senioribus, vulgo (Bossa de Vells.)
 Alia verò vocatur secunda iuuenum, vulgo (Bossa de Iouens.) In
 prima sunt collocati triginta octo Mercatores; in secunda verò
 nonaginta duo, vt cernere licet in libro recondito in Archiuo
 domus dictæ Logiæ, intitulato. *Matricula de enseculars, per los Offi-*
cis de la Lonja de Barcelona.

- 5 Mercatores, qui insculandi sunt in bursa Seniorum, debent
 esse ex illis qui sunt inbursati in bursa iuuenum, & vltorius de-
 bent esse ætatis quadraginta annorum, qui verò sunt insculandi
 6 in bursa iuuenum, oportet quod sint ætatis viginti quinque an-
 norum; vt est dispositum in Regio priuilegio, concesso per Impe-
 ratorem & Regem Carolum, & Ioannam eius matrem. Dat. in
 Castro nouo Ciuitatis Neapolis, die vigesima, mensis Martij, anni
 à Natiuitate Domini, millesimi quingentesimi trigesimali sexti,
 7 & cum in dicto priuilegio Regio Ferdinandi, fuisset dispositum
 circa insculationem omnium officiorum dictæ Logiæ, quod à
 quinque, in quinque annis in mense Aprilis ante diem, seu festi-
 tum Diui Marci Euangelistæ Consules dictæ Logiæ, & Diffini-
 8 tores mercaturæ, vna cum quinque Mercatoribus, ex duodecim,
 qui sunt de consilio prædicto, extracti ex bursa Seniorum (qui
 extrahantur ad sortem, cum fragmentis papyri ex prædictis duo-
 decim,) simul cōgregati in præsentia Scribæ domus Logiæ, præ-
 fito per ipsos iuramento de non reuelando, & de insculando
 personas sufficientes, & idoneas; aperiant bursas dictæ Logiæ,
 & viso cathalogo inbursatorum in eius cōsuto, in locum defun-
 ctorum immittantur prædictos Consules, Defensores, & quinque
 Proceres, (seu maiorem illorum partem, vbi non concordent)
 alij Mercatores in dictis buris; vt in dicto priuilegio latius con-
 9 tinetur: Ipse Imperator Carolus, & Ioanna eius mater, voluerunt
 vltorius, quod dicti Consules, Defensores, & Proceres, die assigna-
 ta ad dictam insculationem, teneantur audire Missam in capella
 dictæ domus Logiæ: Insuperque statuerunt habilitatione dic-
 tarum personarum, ad dictum cōsiliu, & officia, iubendo quod
 fiat singulis annis infra dies tres, post quam per dictos Consules,
 Defensores fuerit requisitum, & quod qui intererint in dictis ha-
 bilitationibus, ante quam illas incipiant, præstent solitum iuram-

mentum, audiantque sententiam excommunicationis circa non nominandum, seu inbursandum in prædictis burfis, nisi illos Mercatores, qui (concurrentibus in ipsis qualitatibus necessarijs) reperientur habiles juxta formam aliorum priuilegiorum, & ordinationum inter quæ enarrantur in dicto priuilegio, (paulo ante ista,) alia priuilegia Regia, & ordinatio Consilij centum viralis dictæ Ciuitatis celebrati, die vigesima quinta, mensis Nouembris, anni millesimi quingentesimi trigesimi tertij, qua fuit dispositum, quod in stamento Mercantili, & in regimine Logiæ, non admittantur, nec insculentur in burfis, aut ad Mercatores dicti consilij, & officiorum, nisi tantum Mercatores mercantes, seu mercaturam exercentes, & seu illi qui erunt habilitati per dictum stamentum Mercantile, & non alij.

Intellige tamen, quod juramentum prædictum de non reuelando, non prohibet, quin publicentur nomina nouiter inbursatorum, nam imò in priuilegio Regis Philippi tertij. Dat. in Ciuitate Barcinonis, die decima tertia, mēsis Iulij, anni millesimi quingentesimi nonagesimi noni, est cautum, quod ensiculatio officiorum Logiæ sit publica, concedendo licentiam Consulibus, & reliquis, qui in ea interueniunt, publicandi illam post quam facta fuerit, ita ut quilibet sciat, an fuerit inbursatus, vel non.

Secundò est, & alia bursa Aduocatorum dictæ Logiæ, in qua antiquis tēporibus solummodo erant insculati sex Iurisconsulti, postea verò per Regem Philippum secundum, in priuilegio concesso, die vigesima sexta, mensis Nouembris, anni à Natiuitate Domini, millesimi quingentesimi octuagesimi quinti. Dat. in Oppido Montiffoni, ex causis in eo deductis fuit dispositum, quod in dicta bursa possint insculari vsque ad numerum duodecim Iurisperitorum, & quid existat in arbitrio Consulium, Defensorum, & consilij, illos inhabilitare, casu quo obtineant alia officia, quæ eis videantur incompatibilia, aut aliter eos occupatos existere, & dictæ inhabilitatione in omnibus, & per omnia sit standum, ab ea quæ non valeat appellari, nec recurri in prima, nec in secunda instantia, nisi elegerint recurrere ad eundem consilium viginti Procerum.

Tertiò, extat alia bursa Scribæ negotiorum extrajudicialium dictæ Logiæ, & Syndici, in quid erant antiquitus inbursati, octo Notarij publici Barcinonis. Postea verò dictus Rex Philippus secundus,

cundus, in proximè dicto priuilegio, ex causis etiam in eo deduc-
tis statuit; vt in dicta bursa dictorum Scriba, & Syndici possint
imbursari vsque ad sexdecim.

15 Et cum die vigesima mensis Aprilis, anni millesimi sexcente-
simi trigésimi tertij, in locum Petri Carbonell Notarij publici
Barcinonis, fuisset nominatus Hieronymus Bosch Notarius Re-
gius; fuisse dubium circa illius habilitationem, ex eo
quia non fuit repertum, vnquam fuisse in ista bursa insculatum
aliquem Notarium Regium, sed tantum in ea fuisse imbursatos
Notarios publicos Barcinonis; fuitque commissa istius dubij de-
claratio Magnificis Ludouico Besturs, & Michaeli Carreras doc-
toribus Regiæ Audientiæ, qui in scriptis declararunt in faculta-
te dictorum Consulium, Defensorum, & Procerum existere im-
bursare in dicta bursa Notarium Regium, ex causis in eorum vo-
to insertis; vt refertur in dicto libro Matriculæ, sub titulo dictæ
bursæ.

16 Quartò, denique extat bursa Virgariorum, & Custodum Iu-
rispatiatici, & personæ in ea imbursatæ, sunt triginta octo, & sunt
ex illis qui in hac Ciuitate vocantur, *Artistes*, & ex illis qui vo-
cântur *Artifices*, vulgo *Menestrals*, & ex illis qui sunt *Curritores au-
ris*, & demum, etiam ex illis qui vocântur *Negotiatores*; vt appa-
ret ex inspectione dicti libri intitulati *Matricula*, &c.

17 Virgarij solebant esse tres, sed tamen dictus Rex Ferdinandus,
in supra chalendato priuilegio, anni millesimi quingentesimi
disposuit, quod à cætero non sint, nisi duo Virgarij, & ita hucus-
18 que obseruatũ extitit. Custodes verò solent esse trigésimo octo.

19 Hæc sunt quæ pertinent ad insculationem, & habilitationem
officialium prædictorum, superest igitur in medium afferre, quæ
concernunt extractionem istorum officialium; & quidem extrac-
tiones priuilegium prædictum Regis Ferdinandi, fieri solebant
per duos Conciliarios dictæ Ciuitatis, ex bursis quæ existerant in
domo illius; postea verò, idem Rex in eo statuit, vt bursæ dicto-
rum officiorum reponantur intus, quandam arcam sub clausura
quinque diuersarum clauium, ex quibus vnusquisque ex dictis
Consulibus, & Defensoribus habeat vnã, & Scriba domus Lo-
gicæ habeat quintã, & quolibet anno, in die in qua Consules no-
uiter extracti iuramentum præstabunt, & assument suorum offi-
cium possessionem, seu die sequenti in præsentia dictorum De-

fenforum, & Scribæ, & dicti consilij viginti Procerum, quod in illo anno fuerit vsque dictum diem, seu majoris partis illius, aperire faciant dictam arcam, & ex bursa intitulata, prima Mercatorum, quæ appellatur, *de Vells*, ad consilium viginti quinque extrahantur per juvenem ætatis, septem, vsque decem annos, duodecim globos, seu pilæ cereæ, vulgo *Rodolins*, & personæ quarum nomina scripta reperientur in pergameneo, in dicta pila intro clusis sint de dicto consilio pro illo anno venturo, & postea dicta pergamenea reponantur in bursa prædicta, & statim aperiatur alia bursa Mercatorum, intitulata bursa secunda, vocata *de Iouens*, Mercatorum consilij viginti Procerum, ex qua similiter extrahantur octo pilæ, siue *Rodolins*, & sint pariter de dicto consilio, in dicto anno, illi quorum nomina in dictis pilis reperientur scriptæ: quæ pilæ juxta deliberationem consilij viginti Procerum, celebrati, die vigesima, mensis Aprilis, anni millesimi sexcentissimi primi, insequendo dispositionem privilegij concessi, per Regem Philippum tertium, die decima tertia Julij, anni millesimi quingentesimi nonagesimi noni. Dat. Barcinonæ: in qualibet extractione, tam dicti consilij, quam aliorum omnium officiorum dictæ Logiæ noviter sunt intromissio in dicta pila, fragmento pergameni, in quo nomina infuculatorum sunt scripta, ipsæque pilæ tempore extractionis natant in vase aqua repleto.

21 Addit insuper dictus Rex Ferdinandus, in præfato privilegio, quod infra annum, non possit fieri dictarum personarum mutatio, nisi in casu mortis, seu absentia, aut infirmitatis, per quam absens, seu infirmus impediatur in consilio interesse, & ulterius declarat dictus Rex, quod in locum Proceris defuncti, possit sub dicta forma alius extrahi, in præsentia Consulum, Defensorum, & consilij, per tempus residuum illius anni: in locum verò absentium, seu infirmorum extracti in dicta forma, sint de consilio, durante absentia, seu infirmitate, cuius causa fuerunt extracti.

22 Statuit etiam in eodem privilegio dictus Rex Ferdinandus, ut eadem die quolibet anno, fieret extractio unus Defensoris, ita ut ex duobus Defensoribus, quolibet anno unus tantum mitteretur, & qui veniet extrahendus, extrahatur vno anno, ex bursa prima Mercatorum seniorum dicti consilij, & alio anno, ex bursa secunda Mercatorum juvenum eiusdem consilij: addendo, quod illo primo anno fieret Defensoris extractio ex dicta prima bursa

- 23 Constituit vltcrius idem Rex in præfato priuilegio, quod in casu vocationis Collectoris, seu Collectorum dicti Iurispatriatici, extrahantur Collector, seu Collectores futuri, ex dicta bursa secunda Mercatorum consilij prædicti, quæ extractio fieri habeat infra octo dies post notitiam dictæ vocationis, numerandos in præsentia dictorum Consulium, Defensorum, & consilij, seu maioris partis illorum, per aliquem iuuenem in forma supra relata.
- 24 Eandem etiam formam, voluit dictus Rex in eodem priuilegio seruari, vbi erit facienda extractio Aduocati, extrahendo illum ex bursa intitulata Aduocatorum.
- 25 Idemquæ pariter obseruari iussit, vbi erit facienda extractio Scribæ Logiæ, & consilij prædicti, & seu Syndici dictæ Logiæ, extrahendo illos in dicta forma, ex bursa intitulata Scribæ, & Syndici.
- 26 Idem, tandem obseruari statuit, in extractionibus faciendis Custodem Maris, pro dicto jure: & seu Virgarij, vel Virgariorum.
- 27 Statuit vltcrius dictus Rex Ferdinandus, in eodem priuilegio, quod si aliquis, vel aliqui fuerint extracti ad dictum consilium, seu officia, & ipse extractus mortuus fuerit die extractionis, vel
- 28 recusauerit acceptare officium (cum ipse Rex in arbitrio extracti relinquat non acceptare officium, ad quod fuerit extractus,) vel absens fuerit, & infra mensem, postea sequentem non peruenit ad Ciuitatem prædictam Barcinonis, & acceptauerit dictum consilium, & officium in tali casu in defuncti locum, seu eius qui non acceptauerit, seu absentis, qui nõ venerit infra mensem, alius extrahatur, ita vt pila, siuè *Rodoli* defuncti eijciatur, & pilæ, siuè *Rodolins* aliorum reponantur in bursa.
- 29 Cautum præterea fuit, in eodem priuilegio, quod si personæ quæ in forma prædicta extraherentur, ad officia Collectorum dicti Iurispatriatici, seu Custodum Maris, & Virgariorum, obtinebant alia officia, quæ videbuntur Consulibus, seu consilio viginti Procerum, seu maioris partis illorum, esse incompatibilia, & impediti dicti officij, ad quod extracti fuerint, teneantur ipsi extracti infra triduum illa renuntiare: aliàs priuati existant à dicto officio Collectoris, Custodis, aut Virgarij, & in eorum locum alius in forma prædicta extrahatur.
- 30 Quo autem ad officium Defensoris Mercature, idem Rex Ferdinandus statuit in alio priuilegio. Dat. in Ciuitate Barcinonis, die secunda, mensis Maij, anni à Natiuitate Domini, millesimi quin-

quingentesimi tertij, quod si contigerit extractos ad dictum officium, obtinere aliquod, aliud officium eiusdem Logiæ, vel Ciuitatis, vel Generalis Cathalonix, aut alterius cuiuslibet partis, propter quod teneretur facere residentiam, & cōtinuationem in exercicio dicti officij, vt sunt Collectores dicti jurispariatici, Collectores, Receptores, Credencerij, Custodes iurium, seu impositionum Ciuitatis, seu Generalis, vel Leydarum, aut aliorum iurium, seu vectigalium Regionum, aut illi qui regunt libros, & officia in tabula Ciuitatis, aut alia similia, quæ requirunt cunctis diebus nō feritatis residentiam personale illius qui ea obtinet, tali casu, is-
 31 ~~te~~ extractus ad dictum officium Defensoris, habeatur pro inhabili, & in eius locum alius extrahatur, qui dictum officium Defensoris regat.

32 Statuit etiam idem Rex Ferdinandus in proximè dicto priuilegio, quod si aliquis ex Collectoribus jurispariatici fuerit extractus Consul, seu Iudex appellationum, vel in aliquod officium Ciuitatis, non admittatur ad regendum dictum officium, nisi prius renuntiauerit officium præfatum colligendi dictum jus, seu Vectigal Pariatici.

33 Deniquè dictus Imperator, & Rex Carolus, & Ioanna eius mater, in priuilegio supra numero 3. memorato, statuerunt generaliter, quod si forsan aliquis fuerit extractus ad dictum consilium viginti Procerum, aut ad alia officia dictæ Logiæ, qui videatur Consulibus, Defensoribus, & consilio non esse habilem, & idoneum ad præfatum consilium, aut ad alia officia, ad quæ fuerit extractus, in tali casu, consilium ibi congregatum, (aliquo non obstante) possit libere cognoscere de inhabilitate, & insufficiencia personæ extractæ, tam ad dictum consilium, quàm ad dicta officia dictæ Logiæ, & quod tali determinationi sit standum in omnibus, & per omnia, cassando, irritando, & annullando omnia in contrarium gesta, sub decreto nullitatis.

34 His additur, quod dicto priuilegio Regis Philippi secundi, memorato num. 7. fuit statutum, quod falliti vulgo *Abatus*, non possint esse de dicto consilio viginti Procerum, nec concurrere ad officia dictæ Logiæ, nec per dictum consilium possint vllò vnquam tempore habilitari, omni appellatione, & exceptione remotis: idemque dictus Rex statuit circa illos, qui declinauerint forū dictorū Consulū Logiæ, & suo casu dicti Iudicis appellationum,

num, in alijs casibus, quam in illis, in quibus declinatio fori, seu remedium euocationis de iure, & per constitutiones Cathalonie esse permiffa.

- 35 Tandem scire oportet, quod dicto, & eodem privilegio Regis Philippi secūdi statutū fuit, quod officia Receptoris, & Credēterij dicti jurispariatici, nō sint ad vitā, vt antea erāt, sed tātū ad bienniu, & quod ille qui obtinuerit officiu Receptoris per bienniu, seu majorē partē illius, nō possit cōcurrere ad dictū officiu, nisi elapso biennio, numerando à die quo finierit exercitium dicti officij, si autem illud non exerceat, pro majori parte biennij, non debeat purgare, seu concurrere ad illud, addito insuper, quod qui obtinuit officium Receptoris, non possit concurrere ad ipsum officium, neque ad aliud dictæ Logiæ, neque ad consilium viginti Procerum, quin prius soluerit, quod debet ratione suæ receptionis. Insuper statuit idem Rex in eodem privilegio, quod Custodes jurispariatici non sint ad vitam, sed tantum ad triennium, ita quod à triennio, in triennium fiat extractio dictorum officiorum Custodum.
- 36

De iurisdictione Magnificorum Consulum Logiæ Maris.

S V M M A R I V M.

- P**rivilegia multa per Reges concessa Magistratui Logiæ referuntur. num. 1.
Iurisdictione quam habent Consules, & in quibus causis. num. 2.
Causa ex societatibus, cambijs, contractibus mercantilibus ubicumque fiant, seu in terra, seu in mari, & quæcumque decidunt, ex arte mercantili pertinent ad Consules Logiæ. num. 3.
Sententia Consulatatus, an exequatur. num. 4.
Poenas, aut multas possunt imponere Consules. num. 5.
Iurisdictione Consulum est ordinaria. num. 6.
Iurisdictione Consulum, an simul ambobus cōpetat, an verso vnique de per se. n. 7.
Euocacio causarum vertentium in Consulatatu ad Regiam Audiētiā, valde fuit controuersa. num. 8.

- Euocari quando possit causa contentionis. num. 9.
 Euocari nō potest causa Consulatus, quin praecesserit petitio, & responsio. num. 10.
 Privilegij verba referuntur circa euocationem causarum. num. 11.
 Inhibitio Regiae Audientiae, quando liget Consules. num. 12.
 Contentionis causa euocata intra quod tempus sit declaranda. num. 13.
 Privilegia Regiae in fauorem Consulatus sunt in vim contractus data. num. 14.
 Privilegia Logia non possunt reuocari. num. 15.
 Euocata causa, & inhibitione praesentata, quando possint Consules ad vltiora in causa procedere. num. 16.
 Causa euocata, quando fuerit restituta à Consulibus. num. 17.
 Causa cambiorum euocata ad Audientiam, quando possit decidi per Consules, non obstante inhibitione. num. 18.
 Inhibitione non obstante, quando possint Consules, seu Iudex appellationum procedere in causis cambiorum, securitatum, seu polissarum banchij. num. 19.
 Cautio, quando sit praestanda pro executione sententiae, lata per Consules. num. 20.
 Euocari qua causa possint à Consulatu ad Regiam Audientiam. num. 21.
 Causa capta in Consulatu, & euocata, qualiter tractanda sint in Regia Audientia. num. 22.
 Inhibitio, quando liget manus inferioris. num. 23.
 Expensarum condemnatio, quando locum habeat. num. 24.
 Salarium, an debeatur in declaratione euocationis causa. num. 25.
 Euocata causa in casu non euocabili, qualiter procedendum sit. num. 26.
 Denunciatio processus, quando operetur. num. 27.
 Assignatio ad sententiam, an habeatur pro denuntiatione. num. 28.
 Euocari possunt causa Mercantiles vertentes in alijs Curis, quā Consulatus. num. 29.
 Carcerari, quando possint providere Consules. num. 30.
 Consules, quando possint criminaliter procedere. num. 31.
 Amparare, quando possint Consules. num. 32.
 Prorrogare, an possint in iurisdictionem Consulum licet causa non sit Mercantilis. num. 33.
 Consules vsque ad quam quantitatem possint exequi suas sententias. num. 34.
 Exequi, an possit sententia lata si ab ea appellatum sit ad Iudicem appellationum, & postea euocata ad Regiam Audientiam. num. 35.
 Consules cognoscunt de policis directis ad Banchum Ciuitatis, quando in eo non fuerunt acceptata. num. 36.
 Polissa praesentata in Bancho non acceptata si Scribens sit absens qualiter contra eum procedatur. num. 37. & 38.

- Clerici an subjaceant in negociatione Magnificis Consulibus. num. 38.
 Clerici negociatores, quando conveniantur in Logia. num. 39.
 Executio in bonis Clericorum damnatorum per Logiam, qualiter fienda. num. 40.
 Clericus, quando dicatur negociator. num. 41.
 Clericus, quando non teneatur solvere vectigalia. num. 42.
 Clericus accipiens ad cambium qualiter obligetur. num. 43.
 Clericus emens pro se, non est negociator. num. 44.
 Lucrari non dicitur qui patitur cambium. num. 45.
 Iuramento Clerici statuitur, an emat pro se, vel non. num. 46.
 Negociatio propria dicitur quando tendit ad lucrum. num. 47.
 Clerico pauperi qualiter subvenit jus. num. 48.
 Negociator non dicitur ex unico actu. num. 49.
 Negociatio quando propria dicatur. num. 50.
 Executio in bonis Clericorum qualiter fienda. num. 51.
 Assistentia ab utraque curia alteri est prestanda. num. 52.
 Possunt Consules cognoscere de rebus furatis ab aliquo navigio. num. 53.
 Consules Logia in vim ordinationis perpetua, non possunt ordinare. num. 54.
 Ordinationes fecerunt Consules in vim statuti, qua sunt declarata nulla Regia sententia. num. 55.
 Maria, an sit in jurisdictione Magistratus Logia. num. 56.
 Consules qualiter procedant pro recuperatione quantitatum debitarum in vim simplici chirographi, tam contra presentes, quam contra absentes. num. 57.
 Consules qualiter debeant procedere in causis securitatum, qua verbaliter tractantur. num. 59.

C A P. VI.

MAGNIS Privilegijs Serenissimi Reges onorarunt Magistratum Logia Maris, circa jurisdictionem de quibus omnibus infra singulariter tractabitur, sed primum agamus de privilegio Serenissimi Regis Martini. Dato Barcinonæ 15. Januarij. 1401. quod est insertum in fine libri Consulatus, & legitur in libro Privilegiorum, à fol. 38. in, & cum quo confirmando privilegia præcedentia concessa per Serenissimum Regem Petrum genitorem suum, eaque, & usum eorum ratificans, & perpetuans, & etiã

2 amplians concedit, quod Cōsules Maris, & Iudex appellationum
 à sententijs prolatis per eos, vel eorum Locatenentes cognoscant,
 non solum de causis, seu quæstionibus, & debatis marinis, vt cō-
 sueuerunt aliàs, sed etiam de omnibus quæstionibus, littibus, con-
 trouersijs, contractibus, & debatibus ciuilibus, tam motis, seu mo-
 uendis, aut incepris, seu incipiendis decendentibus, seu qualiter-
 cunque principaliter tamen proueniētibus, ex quibuscunque so-
 3 cietatibus, cambijs, contractibus, seu actibus mercantilibus factis
 seu fiendis intus dictam Ciuitatem Barcinonæ, vel alibi vbicun-
 que in terra, & in mari, inter quascunque personas, cuiuscunque
 legis, status, gradus, præheminentiæ, & conditionis existant in
 dicta Ciuitate Barcinonæ, vel alibi domiciliatas, & de quibus-
 cunque rebus, qualitercunque ex arte principaliter decendentibus
 Mercantili, cuiusuis naturæ, generis, & speciei existat, possint,
 & valeant liberè, ex facultate plenaria, quam eis cum præsentibus
 cōferimus plenè cognoscere, & ipsas lites, quæstiones, cōtrouer-
 sias, cōtractus, & debata decidere, & sentēcialiter diffinire, suasq;
 decisiones, & sententias executioni deducere, sicut, & quemad-
 modum vigore dictorum Consulatus priuilegiorum, de, & su-
 per omnibus quæstionibus, littibus, controuersijs, contractibus,
 & debatis Marinis consueuerunt qualitercunque, & possint, sic
 quod nos, vel successores nostri, aut aliqui alij Officiales, Iudi-
 ces, seu Cōmissarij nostri, vel ipsorum nostrorum successorum Or-
 dinarij delegati, vel subdelegati de dictis causis littibus quæstio-
 nibus, cōtrouerijs, cōtractibus, aut debatis non possimus, nec pos-
 4 sint cognoscere, nec inde per viā simplicis quærele appellationis,
 supplicationis, aut alterius cuiuscūq; recursus intromittere, quo-
 uis modo. Sed dicti Consules, & Iudex de ipsis tūtum cognoscere
 possint, & habeant, & eorum determinationes, ac sententiæ re-
 mota exceptione qualibet habeant executioni deduci, decernentes
 irritum, & inane si quid, & quicquid, à quo quam, quauis
 auctoritate scienter, vel ignoranter contrarium contrigerit, quo-
 modolibet attentari, cæterum, vt Consules, & Iudex prædicti su-
 per discussione, & decisione prædictis iustius, & maturius habere
 se valeant eis, ad cautelā expressè concedimus cum præsentibus, quod
 5 possint destringere, compellere, & forciare per impositiones pæ-
 narum, & exactiones earum, & alijs debitis, juris, & rationis, re-
 medijs omnes, & quoscunque Mercatores, & alios, de quibus eis
 vide-

videbitur adueniendum, & interessendum consilij quæ habebunt, & debebunt tenere super dictis quæstionibus, litteribus, controuersijs, contractibus, & debatis decidendis, & etiam terminandis, & eius super his, si requisiti fuerint, eorum consilium impendendum, & vt prædicta omnia, & singula maiori firmitate subsistant, & præsens pactionatum priuilegium plenius obseruetur, juramus per Dominum Deum, &c.

6 Ex prædictis verbis satis apparet euidenter, in quibus causis ordinariam iurisdictionem habeant Magnifici Consules, quia iurisdictione non obstante, solent causæ introductæ in Consulatu, euocari ad Regiam Audientiam, prætextu regaliarum, pupillaritatis, paupertatis, & viduitatis, vel perorresentiæ, & religionis, de quibus memini in additionibus, ad praxim, rubrica 4. per totam, & libro meo de Regalijs, capite 25. de regalia euocandi causas.

7 Sed ante omnia conuenit indagare, qualiter iurisdictione Magnificis Consulibus competat, an conjunctim, an diuisim, & perspectis priuilegijs, nullibi inueni, quod iurisdictione insolidum sit concessa, solum reperij nostrum Fontanella, tom. 1. decis. 230. nu. 11. aserentem vnum ex Magnificis Consulibus posse prouidere, & hoc seruari, confirmans ex cap. 21. lib. Consula. quod legitur, fol. 3. qui si rectè perpendatur differentiam constituit, videlicet inter introductionem causæ, seu prosecutionem, & decisionem, ita vt in introductione, & prosecutione sufficiat vnus ex Magnificis Consulibus, vt insinuant verba illa dicti capituli. *Deuant ab dny los Consols, ò lo vn de aquells, lo altre absent ocupat en alguns assers, son posades demandes.* In sententia autem ferenda, seu prouisione ambo debent concurrere, ex alijs verbis, ibi. *Trau sentencia, ò alguna interlocutoria, ò conexensa la qual sentencia, ò interlocutoria se ha de donar, ò la dita conexensa à fer per ab dny los dits Consols, è no per lo vn dells,* ex cuius capituli verbis apparet deceptum fuisse nostrum Fontanella dicentem, vnum ex Magnificis Consulibus posse cognoscere de causis, & sic practitari, cum hoc solum in ordinarijs iudicijs, locum habeat, non verò in decisorijs.

8 Cum autem de anno 1632. euenisset, quod aliquæ causæ euocatae erant ad Regiam Audientiam, à Consulatu Logiæ Maris, tunc Consules, egre hoc ferentes conuocatis Doctoribus, Aduocatis præsentis Ciuitatis, ad eis quæsierunt, vt inspectis priuilegijs

gij omnibus dictæ Logiæ, certas regulas stabilirent, juxta quas ipsi fertiores possent procedere in casibus occurrentibus, ipsi vero congregati perpensis rebus, aliquas resolutiones fecerunt, quas succintè hic referre decreui.

- 9 In primis, quod casu quo contentio suffitetur, inter dictum Consulatam, & Gubernatorè, Vicariù, & Bajulum, circa jurisdictionem Magistratus etiam quod agatur de viribus priuilegij, non
- 10 possit causa euocari ad Regiam Audientiam, nec inhibitiõ prouideri, quousq; constat petitionem fuisse datam coram dicto Magistratu, quia ex petitione, & responsione venit iudicanda, cui competat jurisdictio de quo puncto meminit Cancer, 3. tom. varia. cap. 10. de conten. jurif. à n. 6. iuxta, & ante eum Michael Ferrer 3. par. obseruat. cap. 169. accipiendo pro attento sententiæ, quod Consulatam Maris nõ potest inhiberi, quin prius petitio fuerit oblata, juxta tenorem priuilegij Serenissimè Regis Ildefonsi. Dat. in foelicibus Castris, apud Masanem Rosarum 20. Augusti 1453. quod legitur in libro priuilegiorum Logiæ, in pergameneo, folio
- 11 69. pagina 2. cuius verba sunt sequentia: *Item, com molt suuint se segueca contencio entre lo Governador, Veguer, è Batlle, è los Consols sobre la jurisdictio sils pertany, ò nols pertany als dits Consols, è tractant de dit material se tracte de viribus priuilegij, è quant essent lo Governador, è los Consols, lo dit Governador, ò concix, è quant es entre lo Veguer, è Batlle per los Consols, lo Aduocat fiscal los quals Governador, è ò Aduocat fiscal abans q̃ la demanda sia donada deuant los dits Consols, attentan fer inhibitions als dits Consols, è afo proue de la malicia de aquells aqui es demanat, per ço que puxan dilatar, è embrasar aquells aqui deuen. Per tant supplica à Vostre Magestat placia prouebir en favor de la jurisdictio dels dits Consols, que inhibitiõ nols puxa esser feta per vostros Llochçiments Generals Governador, ò Portant veus, ò per Aduocat fiscal, fins à tant que la demanda sia donada deuant los*
- 12 *dits Consols, com de aquella se aja emasurar lo dret, è apres dada aquella demanda se puxa subseguir la dita inhibitiõ, è no abans, declarant Vostre molt alta Senyoria als dits Llochs tinentes Generals, è manant al Governador, è Portant veus, ò Procurador fiscal sots grans penas, que dins vuyt dias, del dia*
- 13 *de la dita inhibitiõ en auant seguidors, docidescan dita contencio, è si fet nou auian, quella donchs la dita inhibitiõ, no contrestant los dits Consols, procehescan, è continuen llur exercici de jurisdictio en la causa, è passat lo dit temps, sia preclusa la via als dits Llochs tinentes Generals, Governador, è Portants veus, è ò Aduocat fiscal, de poder conexas per aquella vegada, de aquella contencio.*

14 *tencio. Placet Regia Mageſtati. Donec reſtituti fuerint tres mille ducati, poſt*
quorum reſtitutionem, tam Regia Mageſtas, quam ipſi Conſules remaneant in
 15 *eo iure, in quo erant ante conceſſionem preſentium capitulorum. Quod qui-*
dem priuilegium cum fuerit conceſſum in vim contractus, non
potest reuocari, maximè cum fuerit receptis tres mille ducatis per
dictum Dominum Regem, de recepto confeſſis, ex dicta decreta-
tione, vt ex Baldo, & alijs in capite primò, de natura feudorum, & in ca-
pite primo, de probationibus Afflictis deciſione. 282. Roman. Conſilio.
 436. Baldus in l. qui ſe patris, Codice vnde liberi, Felinus in capite no-
 ui, de iudicijs, Suares allegatione 9. num. 5. Celſo Vgo conſilio 16. num.
 2. & 4. quos allegat Cancer, 3. tom. variarum, cap. 3. num. 153.

16 Ex prædictis euidenter conſtat, quod euocata cauſa, quo ad ar-
 ticulum contentionis, ſi intra octo dies Regium Conſilium non
 declarauerit ſuper dicta cõtentione, poſſunt Magnifici Cõſules ad
 vltiora cauſa procedere, virtute dicti priuilegij, & ſic fuit decla-
 ratum in Regia Audientia, die 28. Ianuarij 1552. in cauſa conten-
 tionis, inter Regentem Vicariam, & Conſulatũ Logiæ, ad relatio-
 nem Magnifici Michaelis Miralles, inſequendo diſpoſitionem
 dicti priuilegij Regis Alphonſi, cuius caput legitur in libro priui-
 legiorum dictæ Logiæ, fol. 107. cuius verba ſunt. *Declarant voſtra*
molt. Alta Senyoria als dits Llochs tinent General, è manant al Governador,
è Portant veus, ò Procurador fiſcal, ſots gran pena, que dins vuyt dias, del
dia de la dita inhibicio auant ſeguidors, decideſcan la dita contencio, è ſi fet
nou auian, quella doncs la dita inhibicio, no contrastant los dits Conſols, pro-
ſehescan, que continuen llur exercici de iurisdiction en la cauſa, è paſat lo dit
temps, ſi precluſa la via als dits Lloctinent General, Governador, è Por-
 17 *tant veus, è ò Aduocat fiſcal, de poder conixer per aquella vegada de aquella*
 contencio. iuxta cuius priuilegij tenorem, dictus Michael Miralles
 de Regio Conſilio, fecit dictam prouiſionem, quæ eſt in dicto li-
 bro priuilegiorum, folio 142. cuius tenor eſt, vt ſequitur. Attento,
 quod cauſa contentionis iurisdictionis ortæ, inter Curiam Vicarij
 Barcinonæ, & Curiam Conſulum Logiæ Maris, iuxta priuilegium
 dictis Conſulibus conceſſum, eſt decidenda per Aduocatum fiſ-
 calem dictæ Curie, infra tempus octo dierum, quod conſtat non
 fuiſſe, nec eſſe elapſum alijs, etiam meritis, attentis prouider cau-
 ſam dictæ contentionis, eſſe remittendam dicto Aduocato fiſca-
 li, qui intra dictum tempus illam decidat, ex cuius tenore eu-
 denter conſtat Regium Conſilium declaraffe, juxta diſpoſitio-
 nem

nem dicti priuilegij Serenissimi Regis Ildefonsi.

18 Fuit etiam dubitatum, & à dictis Magnificis Aduocatis consultis, an si Magnifici Consules in causis executionum cambiorum, & securitatem fuerit sicutata similis controuersia, per firmam juris in Curia Vicarij, contentione firmata cum Consularu, & euocata ad Regiam Audientiam, quoad articulum contentionis præsentataque inhibitio, possint dicti Magnifici Consules ad executionem procedere, non obstante inhibitione, & responsum præbuerunt, quod lapsis dictis octo diebus possunt ad vltiora procedere, non obstante dicta inhibitione, virtute dicti priuilegij.

19 Fuit etiam dubitatum eo tempore, an prouisa executione per Magnificos Consules pro quacumque summa, & quantitate ratione litterarum cambij, seu securitatum, seu executionum poli farum banchi, à qua fuerit appellatum ad Regiam Audientiam, seu Iudicem appellationum prouisaque inhibitio, & præsentata ea, non obstante, possint Consules ad vltiora in executione procedere, & fuit resolutum, quod dicto casu, non obstante appellatione, & inhibitione possunt Magnifici Consules ad vltiora in executione, procedere iuxta dispositionem constitutionis, 9. titulo de executio de sententias, præstita tamen cautione idonea per instantem executionem, cuius constitutionis verba sunt.

Statuim, è ordenam, que si se supplicarà de prouisions, ò declaracions feitas en causas de execucions, ditas prouisions se pugan executar, prestada caucio, quod tradit, & docet Fontanella de pactis nuptialibus, tom. 2. clausula 7. glos. 3. parte 10. num. 86. cum sequentibus. Idem tenuit Michael Ferrer tertia parte obseruationum, capite 337. & dicta caucio debet præstari, non obstante, quod non petatur per condemnatum, quia illa verba constitutionis, prestada caucio, præsuponunt ante omnia esse præstandam, iuxta glosam, in capite, vt circo verbo, prestato de electione, in 6. alia ad propositum refert Caneer dicto 3. tom. variar. cap. 17. num. 255. Fontanella tom. 1. decis. 165.

21 Possunt autem causæ Mercantiles, cum qualitatibus regaliarũ prædictarũ euocari ad Regiã Audientiã. Quod intelligendum est, quod majoritas causæ cõsideretur, & inspiciatur ex petitione, non verò ex reconuentione, quia si major non sit petitio tercentarum librarum, licet reconuentio sit majoris quantitatis, non attenditur majoritas causæ, ex reconuentione, sed ex petitione

- iuxta obseruantiam supremi Nostri Senatus, quam refert Michael Ferrer *tertia parte obseruationum, cap. 4. per totum*, si in petitione exprimitur quantitas, in quantitate, nihil amplius est indagandum, & sic faciliter cognoscitur, an sit euocabilis, nec ne, quando verò petitur, cuius valor non est certus, tunc Regia Audientia cognoscit de majoritate, vel minoritate causæ, quo ad euocationem validam, seu inuolidam, tradidi *ad praxim rubr. 4. à num. 35. & 36. & num. 68. & in rubr. 29. de excus. sentent. num. 58.* quo casu creditores possunt in Regia Audientia petere executionem pro cambijs, & securitatem iudicij, iuxta dispositionem constitutionis primæ,
- 22 sub titulo *de causas Mercantinols*, quæ quidē causæ cū ceptæ fuerint in dicto Consulatu, in Regia Audientia debent tractari, sicut tractarentur in dicto Magistratu, ita Cancer, *3. par. cap. 10. num. 7. & in dictis causis, quæ legitimè fuerint euocatæ, presentata inhibitione Magnifici Consules, ligatas habent manus, nec possunt ad*
- 23 *ulteriora procedere, quod intelligendum est in prima instantia; nam si semel euocata causa fuerit restituta Magistratui, & deinde fuerit euocata de nouo, tunc non obstante dicta inhibitione, possunt Consules ad ulteriora causæ procedere, ex Regio priuilegio Serenissimi Regis Ferdinandi. Dat. in villa Montisoni 17. Maij 1510. quod legitur in dicto libro priuilegiorum, à folio 107. pagina 2. cum sequentibus, cuius verba sunt. Que de aqui auant euocada*
- 24 *vna vegada si serà dita causa, è aquella per sa Magestat, e o Lloctinent de aquella restituida, e apres qualsenol de dites parts, y successors de aquellas tornauen à supplicar fos tornada euocar, que no sia oit, ni sia per lo Canseller, Vicecanseller, Regent la Cancelleria mes euocada, ò prouehida, que los tals euocants, ò euocant, è ò supplicants sia condēnat en totas las despesas duplicadas. Euocatione autē facta ad Regiā Audientiā, quando petitio*
- 25 *est in Consulatu facta, si ex inspectione procedimentorum confret de iusticia Magistratus, per Magnificum Relatorem, causa restituenda venit dicto Magistratui, sine solutione salarij, ita ex dispositione Regij priuilegij, Regis Ferdinandi. Dat. in Ciuitate Toleti, die 17. Iunii 1502. quod legitur in dicto priuilegio, folio. cuius verba sunt sequētia. Ad humilem supplicationem dictorum nostrorum Consulum Maris Ciuitatis Barcinone, proque obseruatione practica semper inde obseruare, serie presentium dicimus, & mandamus vobis expresse. & de nostra certa scientia, ac consulto quodammodo, in & per restitutiones per vos, seu per istud nostrum Regium consilium faciendas, presatis Consulibus, &*

seu sue Curia de causis Mercantilibus ad eos pertinentibus, quae ad instantiam, aut importunitatem alicuius, seu aliquarum partium fuerint per vos, quouis modo euocatae ad istam nostram Regiam Audientiam, si absque testium datione cum visione instrumentorum, seu priuilegiorum, ipse altercationes super eo ad quem pertineant cognitiones ipsarum causarum, summarie expedire poterunt, nullum salarium exigatis, seu exigi, aut recipi faciatis, seu pati amini, quinimo cognito summarie, & sine processu causas ipsas esse Mercantiles, causas ipsas restituatis, & restitui volumus, & decernimus, & iubemus, & c. Quando vero cause in se contineant testes, & ipsius cause cognitio ex inspectione instrumentorum in sola decidi, non poterit tunc tertia pars salarii causa principalis erit per partes soluenda.

26 Sed casu quo causa aliqua quae Mercantilis sit, de sua natura, vel non sit, defacto fuerit euocata ad Regiam Audientiam, antequam petitio fuerit facta, qualiter procedendum sit videamus, & hoc casu Syndicus Logiae, cum Aduocatis illius, seu altero eorum accedent ad Magnificum Relatorem, illumque informabunt ostendantque eidem priuilegium dicti Serenissimi Regis Alfonsi. Dat. apud Masonem Rosarum, 20. Augusti 1453. supra descriptum, quo ostenso sperari potest, quod dictus Magnus Relator verbo partibus ordinabit, ut ad Magistratum redeant, & hoc sine salario, ut ex Regio priuilegio supra mencionado constat, quo ut dictum est, & dispositum, quod in restitutione causarum, si non adsint testes, neque alia procedimenta processalia, tunc ad solam inspectionem, sine salario causae restituentur, quod si forsan Magnus Relator haesitauerit (licet credendum non sit,) tunc dictus Syndicus, cum Aduocatis narrato facto cum supplicatione, informabit Admodum Reuerendum Cancellarium, & eo absente, Magnificum Regentem Regiam Cancellariam, qui iusticiam ministrabit.

27 Notandum hic est, quod licet de jure communi, facta assignatione ad sententiam, habeatur processus pro denunciato, ut retuli in meo de Regalijs, cap. 25. à num. 32. cum in Logia Maris non denuntiantur processus, sed fiat assignatio ad sententiam, hoc casu, etiam assignatione facta ad sententiam, poterunt euocari; quia sententiae assignatio, non comprehenditur sub nomine denuntiationis, quia nomen denuntiationis in constitutione 17. titulo de euocationis de causas, proprie accipitur, neque admittit interpretationem retuli in additionibus, ad praxim, rubrica 4. de euocacione

catione causarum numero 71. referens nostrum Fontanella, de pactis nuptialibus, tomo 1. clausula 4. glosa 11. à numero 82. resolutionem tradens, numero 83. in fine, dicens ita in nostro Regio supremo Consilio fuisse declaratum; idem Fontanella tom. 1. decis. 104. num. 9. & 10.

- 29 Mercantiles autem causæ, quæ extra Vicariam sunt ceptæ maiores tercentarum librarum, etiam quod non tractentur, possunt euocari ad Regiam Audientiam, teste Michaelè Ferrer 1. par. obser. cap. 39. quia cum Mercantiles sint, semper gaudent priuilegio ipsius mercantiæ, straca de Mercatura parte prima, num. 38. Velasco parte 3. questione 14. numero 1.
- 30 Possunt etiam Magnifici Consules carceribus mancipare eos, qui in Magistratu verba aliqua protulerint injuriosa, seu dedecora, vel aliquam actionem fecerint indignam Magistratus, seu assistentibus in consilio veluti Mercatoribus, Proceribus applicatis, ex priuilegio Serenissimi Regis Ferdinandi. Dat. Montisoni, 17. Maij 1510. quod legitur, à fol. 107. maximè fol. 102. pag. 2. punitio autem si pœnam merentur, non per Magnificos Consules, sed per Iudicem ordinarium ipsius delinquens erit, pœna applicanda, ita enim in dicto priuilegio legitur. *Item, Illustrissim senyor, es cosa certa, que dits Consols sots virtut de dits priuilegis, è gracies atorgats per vostra Magestat, è los predecessors de aquella, no han sino la ciuit iurisdiction, è de la criminal, conexer no poden. E si sdeuenga algunas vegades, que los pladejants se atreuesquen à dir axi als dits Consols, com als altres litigants, è è als del Consell, Aduocats, è ministres, paraules injurioses, sabents presuposet, que dits Consols no procehexen criminalment contra ells, quels placia atorgar priuilegi, que de aqui anant dits Consols hauent la cosa deuant dells mal dita, per notoria à llurs Verguers puguen manar prenguen los tals malparlants, è injurians, com es dit, è los posen en la carcer remetents estranynt aquells al Official al qual sesguardarà la punicio, è de ells haurà iurisdiction, assi que degut honor sia dat en aquells los quals son en dit exercici en persona, è lloch de la Real Magestat. Placet Regiæ Magestati, ad Regiæ dignitas bene placitum.* Possunt etiam Consules Logiæ emparare, & sequestrare per suos ministros quælibet debita mercantilia sub pœnis, ad similitudinem Vicarij, & Bajuli Barcinonæ, vt legitur in dicto priuilegio, in dicto libro fol. 71. cuius verba sunt sequentia.
- 33 *Item, com los Consols per actes concernents à llur iurisdiction poden, y refuseumen fer manaments, è axi matex manan per llurs Verguers, y ministres fer emparas, è sequestres en alguns inobedients, recusen ser uax aquells, è tenir aque-*
llas

llas attes que los dits Consols no poden executar de si los contrasahents, ò inobedients, ans los conue recorrer per la execucio à altres Officials, per la qual raho la jurisdicció del Consolat es poch temuda, è mole prejudicada, è alterada, per lo exercici de la qual penja la mayor part de la negociacio de la cosa publica; perço supplica a la Magestat vostra, que tot aquell exercici de jurisdicció que han los Veguer, è Batlle de Barcelona per los manaments, è empares, è sequestres trencats, è trencades, è no observats, è no observades, axi en fer aquells, è aquellas, com en punir los contrasahents en las penas commesas, com en remetre aquellas, sia atribuyt, è donat als dits Consols, ampliant sobre assotant com necessari sia, los priuilegis del exercici de la jurisdicció dels dits Consols. Placet Regia Magestati. Donec restituti fuerint predicti tres mille ducati, post quorum restitutionem, tam ipse Magestas, quam predicti Consules remaneant in eo jure, in quo erant ante concessionem presentium capitulorum, hoc declarato, quod in presenti concessione nullatenus comprahendantur Mediatores, sine Proxenete, vulgo dicti Corredor de Orella.

37 Possunt etiam Magnifici Consules cognoscere de quibuscumque causis, etiam non Mercantilibus, dummodo partes consenserint, quia prorrogatio eorum abilitat iudicium, ex Regio priuilegio Serenissimi Regis Ioannis. Dat. Barcinonæ 7. Iulij 1460. quod legitur in dicto libro priuilegiorum, à fol. 78. pag. 2. cuius priuilegiæ verba sunt. Primò, que vostra Magestat lloant, ratificant, y confirman los priuilegis, que perpetualment son estats atorgats a la Ciutat de Barcelona, Consols de la Mar, è estament Mercantiuol de aquella, per causa de la jurisdicció del Consolat, axi per los Serenissims Reys en Marri, è Alfonso, de inmemorial recordacio, com de altres, è lo vs, è exercici de aquells, segons que dels dits priuilegis, tro asi, nils es estat vsat de nou, en fauor de la dita jurisdicció, è aquella ampliant, è tot dubte remouent, vulla als dits Consols de la Mar, è estament Mercantiuol de aquella, per especial priuilegi otorgar, que si per cas en la Cort, ò juy del Consolat, è en cas de appellacio per lo Iurge de appels, inaduertidament, è sens declinatoria de for declarara, ò pronunciarà diffinitine de causa, ò causas als dit judici, ò cort no partanyents, no puxa esser impingit à carrech algu, ò culpa dels dits Consols, ò Iurge de appels, ò ministres de la dita cort, ans los dits actes fets, è sentencias promulgades, è qualseuulla cosa de alli ensaguidas, romanguen valits, emperò que per auer conegut de zals actes, en altres semblants, no puxa esser tret à consequencia, si en alguna manera es opposat, no pertanyer als dits Consols, è ò Iurge de appels, è que sentencias qualseuol promulgades, è promulgadores per arbitres, è arbitradors en actes maritims, cambis, societats, è mercantiuols sien, que ajan esser per los
diss

*dictis Consulis executades, axi com si per ells en llur juy fossen estades pronuncia-
des. Cuius priuilegij fuit facta decretatio, sequens tenore presentis cartæ, quam
vim contractus, & legis pactionata obtinere volumus de nostra certa scientia
deliberatè, & consultè dicta quatuor capitula nouiter, vt præfertur Magestari
nostræ oblata, & cartam præincertam, & omnia, & singula in eadem conten-
ta, vobis dictis Consulibus probis hominibus, & Defensoribus mercantia, con-
cedimus, laudamus, approbamus, retificamus, & confirmamus hac nostræ lau-
dationis, confirmat onis, approbationis, & ratificationis munimina roboram-
us, sicut melius dici potest, & intelligi, ad vestri dictorum Consulum, Probo-
rum hominum, & Deffensorum mercantia, qui nunc estis, & de cetero fuerint,
ac totius artis mercantia, & Proborum hominum mercatorum dictæ Ciuitatis,
presentium, & futurorum saluamentum bonum, & senserum intellectum*

34 Possunt etiam Magnifici Consules sententias latas in causis,
vsq; ad quadringentas libras executioni demandare, non obsta-
te, quod per partem condemnatam fuerit appellatum, & obtenta
inhibitio à Regia Audientia, & præsentata Magnificis Consuli-
bus, ex priuilegio Serenissimi Regis Philippi, in curijs Barcinonæ,
13. Iulij 1599. quod legitur in libro priuilegiorum, à fol. 148. vbi
cum fuisset petitum pro parte Magnificorum Consulum, quod
eis fuisset licitum exequi sententias in quacumque quantitate,
pro sua Regia Magestate fuit limitata quantitas, vsque ad qua-
dringentas libras, vt constat ex decretatione dicti priuilegij, sub
his verbis. *Plau a sa Magestat concedirlos executio de las sentencias diffini-
tiuas, ò prouisions, tenine forças de diffinitiuas, ab que las causas no sean mayores
de quatrocentas lliuras, prestada caucio, no obstant qualseuol appellacio in-
terposada a la Real Audiencia. Prout retuli in praxi rubrica 29. nu. 68.*
35 dicens dictâ executionē locū habere, non obstante appellatione,
quando appellatio fuit introducta ad Regiam Audientiam, attam-
en si prius appellatio fuerit interposita corā Iudice appellatio-
nū Logiæ, & postea fuerit euocata ad Regiam Audientiã, tunc re-
tinet causa naturam, quam habebat coram Iudice appellationum
dictæ Logiæ, & sicut ibi executio cesabat, ita & euocata causa, la-
tius dicemus.

36 Solent etiam Magnifici Consules cognoscere de policis, quæ
ab aliquibus fiunt, vt in bancho Ciuitatis soluantur, quibus præ-
sentatis in bācho repulsam passæ sunt eo, quod ille qui eas scrip-
sit pecuniam in bancho non habet, præsentatis igitur dictis po-
licis in Magistratu, expeditur cartellum cum quo præfigitur ter-

- minus viginti quatuor horarum; vt quantitas cum effectu soluat-
 tur, aut quod decerneretur executio lapso dicto termino præfixo
 contra Scribentem, cui præsentatur dictum præceptum per
 alterum ex Virgarijs dictæ Logiæ, quo termino præfixo elapso,
 si nõ soluerit, decernitur executio prompta, in forma solita, iuxta
 37 Stylum in cæteris executionibus, quod si forsan is, qui scripsit ex-
 tra Vicariam existit, tunc cum litteris subsidiarijs dictum manda-
 tũ à Cõsulibus factũ notificatur dicto Scribenti, & lapso termino
 dictarum viginti quatuor horarum, à die notificationis dictarũ
 litterarum, proceditur ad executionem in bonis, virtute nouarũ
 litterarum executorialium.
- 38 Habent etiam dicti Consules ratione negociationis jurisdic-
 tionem in personas Ecclesiasticas, & exemptas, quales sunt Cle-
 rici, quia ipsi amittunt priuilegium clericale, quoad forum in
 39 pœnam, quod facti sunt negociatores, ita ex Ioanne de Ymola
in clement. de sensib. Iacobo de Iecumneo *in l. de his, C. de Episcop. &*
Clericis. Bouadilla *in sua Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 123.* Mieres *ad*
constitutionem Regis Petri 3. in secunda curia Barcinona, cap. 38. num. 6.
 retuli in meo de Regalijs *cap. 7. num. 73. cum sequentibus*, vbi retuli
 ex Michaelle Ferrer *3. par. obser. cap. 220. referente alios*, hanc te-
 nentes sententiam Cancer *3. variar. cap. 8. a num. 109.* quod intelli-
 40 gendum est, quoad condemnationem, executio enim debet fieri
 cum assistentia curiæ Ecclesiasticæ, hoc idem retulit *variar. resol.*
cap. 11. num. 104. vbi refertur contentio declarata per Admodum
 Reuerendum Cancellarium, negociatio autem respectu Clerici,
 41 propriè dicitur, quando ille tractat pro lucro captando, nam si
 emerit pro se veluti triticum, vel quid simile, si postea aliquid
 superfit, quo non indigeat illud, vendere poterit tanquam suum
 proprium patrimonium, & sic non tenebitur soluere vectigal, seu
 42 gabellam, vt ex Lazarte notat Gutierrez *de gabel. quest. 93. num. 21.*
 Riccio *in praxi. Episc. decis. 375.* Bouadilla *in sua polit. lib. 2. cap. 18.*
num. 100. & Doctores per eum allegati *littera D. 1. 38. sig. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.*
- 43 Sed quid dicendum erit, si Clericus acceperit pecuniam ad
 cambium, an pro recuperatione cambij possit conueniri in Con-
 sularu Logiæ Maris, magna est difficultas, nam si fundamentum
 negociationis est lucrum, vbi lucrum cessat, non dicitur nego-
 44 ciatio, quia vt dictum est, quando Clericus emit pro se, & residuũ
 vendit, nõ dicitur negociare, multò minus dicitur negociatio, vbi
 Cleri-

- 45 Clericus ad cambium capit, quia tunc non dicitur lucrari, imò potius ipse damnus patitur ratione interesse pro cambio, faciunt notata per Gregorium Lopez ad l. s. titul. 7. parit. s. verbo Clerici.
- 46 vbi ait, quod Clerici de rebus suis gabellam soluere non tenentur, quo casu juramento Clerici defertur, an merces portet negotiationis causa, iuxta glosam notabilem in Clementina, presenti de sensibus, in verbo non negociandi, iuxta relata per Salsedo, in pract. crimi. canon. cap. 55. per totum, maximè pag. 207. principale enim quod
- 47 consideratur in negotiatione respectu Clericorum, est lucrum temporale, pluribus locis confirmat dictus Salsedo dicto cap. 55. in additionibus littera A. faciunt tradita per Cancer. 3. tom. variar. cap. 10. à num. 9. vbi ex pluribus auctoribus, & fundamentis refert, quod negotiatio suum robur accipit ex quæstu in rebus mobilibus, & immobilibus comparandis, & vendendis. § num. 11. vbi qui proprias suas res vendit, non dicitur negociator, multò minus dicitur Clericus accipiens ad cambium.
- 48 Secundò, facit consideratio, quia Clericis ex causa necessitatis permittitur, necessarie quærere, ex aliquo onesto lucro, ex relatis à dicto Salsedo, dicto loco, pag. 198. vers. necessitatis, tamen causa ulterius consideratur, & alia ratio, quod ex vnico actu negotiationis, non dicitur quis negociator, sed ex pluribus actibus, l. i. § licet, & ibi Glosa verb. omne. ff. de tributoria. & in præmio institutionum § cum que hoc Deo, l. semper, §. Diuus Adrianus, cum lege sequenti, ff. de iur. immunit. pluribus alijs dictus Salsedo dic. pag. 198. §. huius capituli pœnis locus sit. Oliba de actionibus, tom. 1. lib. 3. §. in bona fidei num. 9. vndè quando Clericus ad cambium accipit, potius dicitur pati quam lucrari, & consequenter non poterit dici negociari, indèque pro recuperatione prætij dicti cambij, ad curiam Ecclesiasticam executio pertinebit.
- 50 Si verò Clericus esset verus negociator emendo, & vendendo, quod propriè dicitur negotiatio, vt alibi dictum est, tunc iurisdictionis competeret dictis Magnificis Consulibus, vt retali Varian. resolu. cap. 11. à num. 503. cum sequentibus, Michael Ferrer 3. part. obser. cap. 220. facta autem condemnatione executio debet fieri per
- 51 curiam Ecclesiasticam debet requiri, ex à me traditis Varian. cap. 1. à num. 27. Curia autem Ecclesiastica requisita debet assistentiam præstare, iuxta tradita per Bellugam, in specul. Princip. rub. 11. §. tractandum, num. 4. vbi latè de requisitione vtriusque Curia, Ferrer, 3.

- ter, 3. parte obseru. vbi refert decisionem Regij Cancellarij, & prius
 censerat cap. 213. Oliba ad vsati. alium, namque cap. 15. num. 49. dicens,
 52 quod eodem modo, quo Iudex Ecclesiasticus non potest exequi
 suam sententiam sine assistentia Regij officialis, ita nec secularis
 contra bona Clericorum, sine assistentia officialis Ecclesiastici,
 Rebuffus, in cap. romana §. contrahentes de foro competen. in 6. & alij
 relati per dictum Oliba.
- 53 Possunt etiam Magnifici Consules cognoscere de rebus furatis
 alicuius nauigij, ex Regia sententia lata per Serenissimum Re-
 gem Petrum, die 27. Septembris 1354. quæ legitur in dicto libro
 priuilegiorum, à fol. 19. eo quod, cum à quodam nauigio in por-
 tibus Sardinia fuisset furatum, quoddam velum, & postea inuen-
 tum in litore maris, huius Ciuitatis pro cuius recuperatione sus-
 citata lis, & illius decisionis iurisdictione controuersa esset, inter
 Magnificos Consules Logia, & Bajulum Barcinonæ, Serenissimus
 Rex Petrus auditis dictis Consulibus, & rationibus pro vtraque
 parte allegatis, declarauit sub his verbis. *Coram nobis, ex certa scien-
 tia, & consulti tenore presentis, nostra carta perpetuo valitura declaramus,
 dicimus, & determinamus executionem de dicto velo, esse per dictos Consules
 faciendam, & non per dictum Bajulum Barcinonæ, & quod ad ipsos Consules, &
 non ad dictum Bajulum executio huiusmodi pertinet, & incumbit predictis per
 dictum Bajulum assertis, & allegatis, obstantibus nullo modo. Oriã fuit dubitatio
 plusquam retro annis, an iurisdictione concessa Magnificis Consulibus esset tan-
 tum respectu Ciuitatis, & habitantium in Ciuitate Barcinonæ, an verò se exten-
 deret ad omnes, & quoscumque, etiam alienigenas de quo consultus Serenif-
 simus Rex Martinus, cum suo Regio priuilegio. Dat. Barcinonæ, die 15. Ia-
 nuarij 1401. quod legitur in libro priuilegiorum, fol. 38. predictam dubiam
 resoluit sub his verbis. Quod ipsi Consules Maris Ciuitatis predicta, &
 Iudex eorum appellationum, quæ ab eorum sententijs emittentur, qui nunc sunt,
 & pro tempore fuerint, vel eorum Locatenentes, non solum de causis, seu ques-
 tionibus, & debatis marinis, vt consueuerunt alias, sed etiam de omnibus ques-
 tionibus, litibus, controuersijs, contractibus, & debatis civilibus, tantum
 motis, seu mouendis, aut inceptis, seu incipiendis, decendentibus, seu qualiter-
 cumque principaliter, tamen proueniens, ex quibuscumque securitatibus
 cambijs, contractibus, seu artibus mercantilibus factis, seu fiendis inter dic-
 tam Ciuitatem Barcinonæ, vel alibi, vbi cumque in terra, & mari, inter quos-
 cumque personas, cuiuscumque legis, status, gradus, prebeminentie, aut condi-
 tionis existant in dicta Ciuitate Barcinonæ, vel alibi domiciliatas, & a qui-
 buscum-*

buscumque rebus, qualitercumque ex arte mercantili decendentibus principaliter, cuiusvis nature, generis, speciei existant possint, & valeant libere ex facultate plenaria, quam eis cum presenti conferimus plenè cognoscere, & ipsas lites, questiones, controuersias, contractus, & debata, sententialiter definire, quasumque decisiones, & sententias executione deducere, sicut & quemadmodum vigore dictorum Consulatus privilegiorum, de & super omnibus questionibus, litibus, controuersijs, contractibus, & debatis marinis consueuerunt, qualitercumque, & possunt, sic quod nos, nec successores nostri, aut aliqui officiales, Iudices, seu commissarij nostri ordinarij delegati, vel subdelegati de dictis causis, & litibus, questionibus, controuersijs, contractibus, & debatis, non possimus, nec possunt cognoscere, nec inde per viam simplicis, querela, appellationis, supplicationis, aut alterius cuiuscumque recursus introrittere quouis modo, sed dicti Consules, & Iudex de ipsis tantum cognoscere possint. Decernentes irritum, & inane si quid. &c.

Tenor dicti priuilegij est clarissimus, quod cognitio Consulatum, non solum extenditur ad Ciues Barcinonæ, & ad contractus in ea celebratos, sed ad alienigenos, & externos.

54 Licet autem, vt dictum est, tam larga potestas sit concessa Magnificis Consulibus per Serenissimos Reges circa cognitionem, & decisionem causarum mercantilium sciant, tamen quod non possunt dicti Magnifici Consules, in vim ordinationis, & statuti aliquid ordinare cum declaratum fuerit junctis tribus Aulis, die 19. Nouembris 1638. vt retuli in meo de Regalijs. cap. 41. à num. 8. quem casum tanquam peregrinum licet, ibi longè illum retuli hic succinte referam, cum liber iste, quotidianus sit in Magistratu, & ille non sit ita frequens.

55 Fuit itaque casus, quod dicto anno 1638. Magnifici Consules fecerunt ordinationem Proceribus confratriæ Discarricatorum, ad pœnam viginti quinque librarum, à die dicti mandati, non carricarent merces aliquas, in aliquo nauigio, quin prius dictum nauigium fecissent monstram commendato, ex Præto dicti carricatores carricarunt merces aliquas super vno nauigio, non facta monstra, executio fuit decreta, jussu Magnificorum Consulû pro pœna viginti quinque librarû, per Virgarios dicti Cõsulatus, Carricatores citarunt Virgarios coram Admodum Reuerendo Cancellario, petendo dictam executionem nullam, ex defectu iurisdictionis dictorum Consulatum, ad ordinationes faciendas, comparantibus dictis Virgarijs coram dicto Admodum Re-

uerendo Cancellario, dixerunt ipsos jussu dictorum Magnificorum Consulium fecisse, ex quo citarunt dictos Consules, qui non comparuerunt judicialiter, sed extrajudicialiter per Magnificos Aduocatos, eo tunc dictæ Logiæ, informarunt dictum Admodum Reuerendum Cancellarium, de præsentione Logiæ, deducendo priuilegia concessa pro causis mercantilibus, tandem pro parte Magistratus fuit præsentata scriptura, dicto Admodum Reuerendo Cancellario, prædicta deducendo, & vltius, quod ipse Reuerendus Cancellarius, non erat iudex competens ad declarandum dictum dubium, nec virtute regaliæ, quia jus regaliæ competit Regiæ Audientiæ, non verò Cancellario, ex Mieras collat. 10. cap. 8. super consti. de pace, & treugua, num. 25. Cancr 3. par. cap. 12. num. 100.

Ex quibus ad se dandam totalem materiam, fuit dubium firmatum per Admodum Reuerendum Cancellarium, juxta Constitutiones Cathalonix, tandè per Magnificum Michaellem Ioannem Magarola Regentem Regiam Cancellariam, junctis tribus Aulis, die 19. Nouèbris 1638. fuit dubium declaratum, quod largè à me fuit relatū, dicto cap. 41. de Regal. interpretādī Regia priuil. & cōtract. num. 22. cuius dubij declarationis, motiuum fuit, prædictis Consulibus elargitam non fuisse, aut concessam facultatem procedendi per modum ordinationis super factis, & negotijs maritimis, & mercantilibus, imò illam consiliarij Ciuitatis Barcinonæ competere, aut saltem per illos solitam esse exerceri, & sic, & alijs motiuis, fuit conclusum per dictum Admodum Reuerendum Cancellarium, non fuisse contrafactum priuilegijs dicti Consularis, circa exercitium jurisdictionis, cum omnia priuilegia, de quibus fit mentio in dicta declaratione dubij, solum loquantur de cognitione, & decisione littium, & causarum mercantium, non verò de ordinando circa eas.

Ex prædictis duo remanent decisa, videlicet in decisorijs jurisdictionem omnem Magnificis Consulibus, priuatiuè ad alios competere, ordinare verò, seu statuere in vim ordinationum, seu statuti ad Admodum Illustres Consiliarios Ciuitatis pertinere.

56 Licet autem maria, quoad jurisdictionem, & protectionem sint Domini Regis, vsus verò communis est gentium, vt tradit Peregrinus, de iure fisci cap. 1. num. 17. noster Calisius Margarita fisci dub. 8. num. 76. ex iuribus, & doctoribus per eum allegatis, vnde dicit,

dicit, quod Domini Castrorum, non habent jurisdictionem in mari, nisi per priuilegium, vel longam consuetudinem eam habuerint. *Cancer tom. 3. cap. 13. num. 236.* juxta glosam, & nota per Bartholum in *l. sane si maris, ff. de injurijs*; tamen Magnifici Consules Logiæ Maris Barcinonæ jurisdictionem habent cognoscendi de negotijs mercantilibus gestis, & conuentis in mari, ex priuilegio Serenissimi Regis Martini. Dat. Barcinonæ, 15. Ianuarij 1401. quod legitur à folio 37. pagina 2. & maxime in illis verbis contentis, folio 38. pagina 2. ibi. *Seu qualitercumque principaliter tamen promouentibus, ex quibuscumque societatibus, cambijs, contractibus, seu actibus mercantilibus factis, seu fiendis intus dictam Ciuitatem Barcinona, vel alibi ubicumque in terra, & mari, &c.*

57 Solent etiam à tempore immemoriali, quando eisdem presentatur aliquod chirographum cum quo confitetur certa quantitas debita verificata scriptura, prouidere de cartello, quo præfiguntur debitori decem dies ad soluendum, aut ponendum iustas rationes, si quas habent, quo præcepto debitori presentato, si intra decem dies, à die præsentationis non soluerit, aut iustas rationes non deduxerit, tunc lapsis dictis decem diebus, expeditur aliud cartellum, quo præfiguntur alij tres dies; ut soluat, aut rationes deducat, quibus elapsis, si non soluerit, aut rationes opposuerit, lapsis dictis tribus diebus decernitur rigurose executio, ac si esset ex sententia in rem iudicatam transacta. Prædicta autem, non solum fiunt intra habitatores in Ciuitate Barcinonæ, sed contra quoscumque intra Cathaloniam existentes, prædictis autem forensibus, non in vim cartelli, sed cum litteris, etsi existunt extra Vicariâ cū litteris subsidiarijs, & hoc jure utimur.

58 Asuetum est etiam, quod prouidentur mandata quotiescumque Magnificis Consulibus presentantur aliquæ police directæ bancho præsentis Ciuitatis, in quo acceptatæ non fuerunt, quibus policis præsentatis Magnificibus Consulibus ipsi prouident, quod expediatur cartellum, cum præfinitione viginti quatuor horarum, intra quas soluant quantitatem in polissa expressam, aut iustas opponant rationes, si quas habent, quod non teneantur, quo tempore elapso si non soluerint, aut iustas rationes deduxerint, decernitur propte executio in bonis illius, qui polisam firmavit, & hoc solum obseruatur contra habitatores in præsentis Ciuitate, seu Vicaria stricta.

59 Aduertant tamen Magnifici Consules, quod si causa verbalis tractanda sit circa assecurationes mercium, seu vitæ, ante omnia exigant iuramentum à contrahentibus securitatem, quod in assecuratione non interuenit pactum aliquod, contra ordinationes assecurationum, quæ leguntur in libro Consulatûs, à folio 112. pagina 2. verbo, seu in scriptis, quia si aliquod pactum fuit conuentum in scriptis, vel verbo contrarium alicui ex prædictis ordinationibus de tali pacto, nulla in iudicio possit haberi ratio, vt expræsse disponitur in cap. 25. dictar. ordin. quod legitur fol. 118. per totum, & maximè in finalibus verbis, ibi. *E s; pacte algu haurian fet contra las presents ordinations, que de aquell pacte no pagan fer juy algu.* Quibus verbis datur forma ceruanda, qua non ceruata iudicium, est nullum, quia actus qui fit contra legem habetur pro infecto, l. non dubium. Cod. de legibus. cap. Imperiali. 25. quest. 2. Mieres tom. 1. col. 6. pag. 384. in noua imprætionem, num. 2. retuli in meo de Regalis cap. 39. num. 50.

Consules etiam Logiæ cognoscunt de venditione mercium venditarum in publico commercio, causa negociationis, etiam inter nobiles, & sic declaratum fuit in Regia Audiencia, referente Magnifico Barnaba Serra, die 24. Nouembris 1556. in causa contentionis inter curiam Magnifici Regentis, Vicariâ Barcinonæ, & nobilem Don Antonium de Erill, ex vna, & Consulatûm Logiæ, ex altera.

Dubium tamen pulchrum esse potest, an si aliqua causa mercantilis fuerit euocata absq; aliqua qualitate, postquam incepta fuit ab Ordinario per querelam, debeat nihilominus tractari, cum eisdem qualitatibus, & prærogatiuis quibus tractaretur, alias in Consulatûs Logiæ Maris, sic vt etiam post possit securitas iudicij procedi ad capturam, & alijs prærogatiuis, vtique in Consulatû Logiæ obseruarentur. Cui difficultati videbatur, dicendum causas tractandas esse prout in Consulatû, & cum eisdem priuilegij, & prærogatiuis, ac in ipso ex regula ordinaria, quod causæ mercantiles euocatæ, tractantur cum eisdem qualitatibus, quibus in Consulatû, *Consi. 1. de causas mercant. dixi in praxi. rub. 27. nu. 94. & rub. 4. num. 68.*

Cæterû placet contrarium in occurrenti casu, quia illa theoricæ procedit, quando causæ euocantur cum qualitate aliqua, quo casu iure permittente fit euocatio, sed quando euocatio fit absq;

quali-

qualitate aliqua diuersum est, quia tunc dicta Constitutio, & privilegia obstant euocationi, & solum sustinetur ex prorogatione iurisdictionis, facta per partes consentiendo illi euocationi, ita visum fuit Senatui ad relationem Martini Ioannis Sunyer, & alias declaratum fuit facto verbo in vtraque Aula, per Michaellem de Hospital, die 19. Iunij 1527. vt obseruatū vidi, quod semper placuit.

De securitate iudicij petenda in Consulatū Logiæ Maris.

S V M M A R I V M.

- S**pectus de fuga vt capi possit, quæ requirantur de iure communi. num. 1.
Et quid de Consulatū Logiæ Maris, de illius stylla. num. 2.
Consules Logiæ Maris decernere valent capturam debitoris suspecti de fuga in camere absque eo quod sedeant in Magistratu. num. 3.
Captus propter fugæ suspicionem debet duci coram Consulibus, vel altero eorum antea quam ad carceres, alias nulla est captura. num. 4.
Securitas iudicij in causis mercantilibus euocatis cum qualitate, à Consulatū Logiæ ad R. A. sic peti potest in R. A. atqui poterat peti in Consulatū. n. 5.
Per euocationem causæ, non mutatur iudicium, nec tribunal. num. 6.
Fidei iussores de iudicio fisti, & iudicatio soluendo datos in Consulatū Logiæ remanent obligati, si causa euocatur ad R. A. num. 7.
Quod limitatur, quando causa euocatur per actorem, ex privilegij dispositione Regis Alphonsi. num. 8.
Securitas iudicij, non habet locum in causis mercantilibus, introductis in curia Vicarij Barcinone per querelā iuris, & postea euocatis, sine aliqua qualitate vti maioribus centum librarum ad Regiam Audiē. limitatur. n. 9. & 10.
Exponitur primum requisitum ad capturam debitoris suspecti de fuga in Consulatū Logiæ. num. 11.
Debitor in modica quantitate suspectus, dici non potest. num. 12.
Debito illiquido debitor, vti talis tractari non potest. num. 13.
Instrumentum guarentigium quamuis habeat paratam executionem, non potest executioni mandari, si est illiquidum. num. 14.
Captura persona magis est prejudicij, quam rerum. num. 15.
Senatus noster non semel processit contra debitorem, vti suspectum de fuga, non redditis rationibus. num. 16.

Contra debitorem suspectum de fuga in instanti, propter fuga periculum admittitur liquidatio debiti per iuramentum actoris. num. 17.

Exponitur secundum requisitum. num. 18.

Vendens vinum, aut frumentum ex suis pradijs, aut vineis non exercet negotiationem, seu mercaturam. num. 19.

In Curia Vicarij Barcinona non requiritur, quod debitum sit mercantile, ad hoc, ut possit procedi contra debitorem, vti suspectum de fuga, sed requiritur, quod debitor immobilia non possideat. num. 20.

Tertium requisitum explicatur. num. 21. & nu. 22. quartum.

Fuga suspicio ex quibus coniecturis inducatur. num. 23.

Mutatio status, & conditionis debitoris requiritur ad hoc, ut possit procedi contra debitorem, vti suspectum de fuga, aut saltem si iam mutatus erat illius status ante debitum contractum, quod post contractum perueniat ad notitiam creditoris. num. 24.

Iuramentum creditoris probatur status mutatio debitoris, & nova illius notitia. num. 25.

Angelus gloriatur si mille capturas irritas declarare fecisse, quia iudici nulla prius fides facta fuit, quod debitor tempore contractus erat soluendo positeaque mutauerit suam conditionem. num. 26.

In Consolato Logia Maris, nec non in Regia Audientia parui fit, si debitor erat soluendo tempore contractus, vel non. num. 27.

Ad cautelam tamen bonum est aliquid noui circa deterioratum debitoris conditionem probare. num. 28.

Stylus Logia Maris quo proceditur contra debitorem de fuga suspectum, durus videtur, sed durus imò inhumaniter iure duodecim tabularum procedebatur. num. 29. & num. 37. remissiuè.

Domus iustissimum cuique refugium atque receptaculum esse debet. num. 30.

Bartholus existimat impune resisti posse apparitori, qui à domo sua quemquam extrahere velit. num. 31.

Leges maximò odio prosequuntur debitores de fuga suspectos. num. 32.

Nemo regulariter propria auctoritate ius sibi dicere potest. num. 33.

Debitorem suspectum de fuga propria auctoritate potest capere creditor, eumque ad indicem trahere, quod extenditur ad debitorem Clericum. nu. 34. & 35.

Rason contra communem tenet, debitorem suspectum de fuga extrahi posse ab Ecclesia. num. 36.

Index maturè, & attente procedere debet, antequam debitorem suspectum iudicet, quia debitoris fama leditur, eique fit injuria, & magnum sequatur prejudicium. num. 38.

- Index animaduertere debet, quod creditor instans capturam sit bonæ opinionis, & famæ alias ei credere non tenetur. num. 39.*
- Debitor captus, vii suspectus de fuga liberatur à carceribus, per cessionem bonorum, quod limitatur in debitore capto vigore alicuius instrumenti garantigij, vt num. 41. & in debitore, qui malitiosè in fraudem creditorum bona dilapidauit. num. 42. nec non in falliti. num. 43.*
- Liberator etiam debitor captus, si creditor cessauerit per duos dies, ei alimenta prestare cum debitor, non habet de suo. num. 44.*
- Istos duos dies sufficere esse interpellatos Senatus noster declarauit contrarium tamen ampli videtur Fontan. num. 45.*
- Liberatur itidem debitor à carcere per cautionem de iudicato soluendo. nu. 46.*
- Satisfactio fideiussionem importat, & idem idonea cautio. num. 47. & 48.*
- In Consulatu Logiæ non liberatur debitor captus cum iuratoria cautione, si impeditus sit fideiussoriam prestare, propter paupertatem. num. 49.*
- Canc. hanc defendit practicam, sed refellitur. num. 50. & 58.*
- Usufructuarius an admittatur cum curatoria cautione si nequit fideiussoriam prestare. num. 51. & 59.*
- Tutor, vel curator non admittitur ad tutelam, vel curam cum iuratoria cautione, num. 52. & 60.*
- Inhumanum est perpetuo debitores in carceribus detineri. num. 53.*
- Pauperes fauore paupertatis à multis excusantur. num. 54.*
- Iuratoria cautio admittitur in Consistorio Principis, pro executione sententiæ, quando qui obtinuit ob paupertatem fideiussoriam prestare non potest. num. 55.*
- Cautio iuratoria, quid continere debet. num. 56.*
- Consti. r. tit. de caus. mercant. declaratur. num. 57.*
- Traditur alia praxis petendi securitatem iudicij in Consulatu. num. 61. & 62.*
- In cautione de iudicio fisti, & iudicatum solui admittitur iuratoria cautio, si reus impeditur propter paupertatem fideiussoriam prestare. num. 63.*
- Contrarium seruatur in Consulatu. num. 64.*
- Declaratur Cap 30. lib. Consul. num. 65. & 67.*
- Veneri reguntur legibus nostri consulatus. num. 66.*

CAP. VII.

Frequentissimè solent causæ incohari in Consulatu Logiæ Maris in verbali iudicio, petendo à debitore securitatem iudicij, casu enim quo creditor habet suum debitorem de fuga suspectum,

pectum, vel timet ad tristem fortunam propter dilapidationem bonorum currere, vel ex alio accidenti fieri non soluendo, solet creditor secretè occurrere ad Magistratum Logiæ Maris, à Magnificisque Consulibus petere, quod de captura prouideant, vt per cautionem præstandam per ipsum debitorem, de debito interesse, & expensis, securus creditor remaneat, factisque debitis diligentijis (de quibus infra) solent dicti Consules prouidere capturam, aut verbo ordinando alicui Regio officiali, aut cum castello expedito per Notarium Consulatus, cuius prouisionis vigore debitor capitur, captusque defertur coram Magnificis Consulibus, coram quibus præstat idoneam cautionem (vt latius infra,) aut non præstita, vel non idoneæ cauendo detruditur in carceres, in quibus detinetur, quousque pars creditrix sit integre satisfacta. Quæ omnia fiunt virtute priuilegij Serenissimi Regis Alfonso, Logiæ Maris concessi, 24. Maij anno 1432. quod extat in primo libro priuilegiorum dictæ Logiæ, & cum paucis innotescant illius verba, hic inserere decreui, ea tantum quæ ad nostrum pertinent institutum suntque sequentia,

Caterū fraudibus, quæ per aliquos, qui præstationē cautionis de iudicato soluendo euadere nituntur, volentes viā præcludere, prout debemus, prouidemus, ordinamus, ac dicimus, in dicto Consulatu per Consules præsentis, & futuros, firmiter, & perpetuo obseruandum, quod omnes, & singuli super eorum debitis conuenti coram Consulibus prædictis, & bonam fidem agnoscentes, coram ipsis cogi possint, & valeant per dictos Consules, de consilio Procerum, si requisitum fuerit de re, seu debito confesso soluendo, vel idoneè notitia dictorum Consulium, & Procerum fuerit idoneè assicuratum, aliàs quod capiantur, vel arrestentur, & capti, seu arrestati detineantur, donec suis satisfecerint creditoribus, vt tenentur, vel idoneam dictorum Consulium, & Procerum arbitrio de soluendis dictis debitis, siue rebus præstiterint cautionem: hucusque verba dicti priuilegij.

- 1 Perquiramus nunc quæ requiruntur, & quæ præcedere debēt, vt huic capturæ locus sit, Iasson in l. si arbitrio. num. 3. ff. qui satisfd. cog. docet sex copulatiuè requiri. 1. quod debitor tempore contractus debiti sit idoneus, & soluendo aliàs imputabitur creditori, qui cum eo contraxit, quem sciebat non idoneum. 2. quod debitor mutauerit suam conditionem in pecis. 3. quod ei superuenerit noua calamitas. 4. quod creditor nesciuerit, si enim huiusmodi nouæ calamitatis scientiam habuerit, & diu tacuerit sibi præiudica-

iudicauerit, 5. de prædictis debet creditor facere fidem, saltem summariam. 6. & vltimò, teneatur creditor debitorem iurare suspectum de fuga, & quod periculum est in mora. Sed hæc omnia obtinent de iure communi, vt per dictum *las. qui supra.*

- 2 In nostro verò Consularu quatuor tantum requiruntur. 1. quod debitum sit verum, & non fictum. 2. quod sit mercantile. 3. quod non petatur animo calumniandi. 4. quod debitor non sit securus, & pro securo illum non habeat creditor, timeatque debitum perdere, quæ omnia iuramento creditoris sunt probanda, Michael Ferrer *1. part. obser. R. A. cap. 39.* Fontan. *tom. 1. decis. 230. num. 9.* ego *variar. resol. cap. 1. num. 26.* & hoc de stylo dicti Magistratus, cum dictum priuilegium nullam mentionem faciat huiusmodi requisitorum, imò si rectè perpendantur. Verba dicti priuilegij, inuenies cum praxi pugnare, quia priuilegium non loquitur indistinctè de omnibus debitoribus, sed de illis tantum, qui confessi fuerunt debitum coram Consulibus, ibi, & *bonam fidem agnoscentes, & ibi, de re, seu debito confesso soluendo.*
- 3 Quibus adueratis Consules absque alia probatione capturam decernunt, ad quod non est necesse, quod sedeant, sed possunt in camera de negotio cognoscere, cū sit modicæ cognitionis egregius Senator noster Raphael Villosa *in tract. de fugiti. cap. 19. §. 3. n. 91.*
- 4 Cautus tamen sit actor ne recta via faciat ducere reum ad carceres, sed coram dictis Consulibus, aut altero eorum, aliàs captura esset nulla, Fontan. *dict. decis. 230. num. 14.* vbi decisio Senatus adducit parui pendens stylum in contrarium, vti corrupelam.
- 5 Idem, obseruat Senatus, quando causæ mercantiles vertentes in Consularu Logiæ Maris, ex aliqua qualitate in eis concurrente, euocantur ad Regiam Audientiam, & quemadmodum peti poterat securitas iudicij in Consularu, sic & in Regia Audientia peti potest. Ferrer *dict. 1. part. obseru. cap. 39.* & *2. part. obseru. cap. 491.* Fontan. *dict. decis. 230. num. 13.* & *decis. 231. num. 3.* & *4.* & *decis. 240. num. 11.* & *12.* quod omnes tribuunt, Constit. *1. iij. de caus. mercan.* dubitat tamen dictus Fontan. *dict. decis. 230. num. 13.* & ego dubitò, quod ista Constitutio loquatur de nostra securitate iudicij, sed de illa quæ præstari solet per litigantes in dicto Consularu, per dispositionem *cap. 30. lib. Consularu.* (ita tamen est vsu recepta, vt per dictum Ferrer qui supra.) Imò potius tribuendum est auctoritati, & potestati euocationis, quia per eam non mutatur iudiciu,

nec tribunal, succedit enim Regia Audientia, in locum Consu-
 latus Logiæ, quasi esset idem Consularatus, Peguer. *decif. 171. num. 2.*
vers. & ratio quidem. tom. 1. Cancer. variar. 3. cap. 12. num. 108. Fonta.
 7 *decif. 231. num. 3.* vnde fideiussores de iudicio sisti, & iudicato sol-
 uendo præstitos in Consulatu Logiæ, obligatos esse eodem mo-
 do de eo, quod fuerit declaratum per Regiam Audientiam, ad
 quam causa fuit euocata, vt tradunt proximè citati Doctores, qui
 8 supra, quod intelligendum est, quatenus ad Consularatum Logiæ
 pertinet, non indistinctæ, sed tantum si causa fuerit euocata per
 reum, nam si per actorem liberantur, tunc fideiussores ex disposi-
 tione priuilegij Serenissimi Regis Alfonsi. Dat. 21. Augusti. 1453.
 vt latè tradidi in praxi ad Peguera, *rub. 29. num. 86.*

9 Diuersam tamen est, quando causæ mercantiles iunctæ
 fuerunt per querelam, in Curia Vicar. Barcin. & postea sine ali-
 qua qualitate, tanquam maiores centum librarum euocantur, ad
 Regiam Audientiam, nam tunc non est locus præfatæ securitati
 Iudicij, Ferrer. *Cancer. & ego*, quos allegat, & sequitur Fontanella
dict. decif. 231. num. 1. & 2. quia partes eo modo causas inspiciendo,
 visæ fuerunt velle, quod via ordinaria non priuilegiata tractarè-
 tur, sicuti dicimus de illis, qui cū possent via executiua procedere
 contra suos debitores, non ita procedunt, sed via ordinaria, eo
 enim casu præiudicarunt sibi in via executiua, Fontan. *de pac. nup.*
tom. 1. clau. 4. glos. 15. num. 82. & tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 5. num. 27.

10 & alij quos adducit, idem Fontan. *dict. decif. 231. n. 9.* Quod locū ha-
 bet, quādo ipsemet creditor est qui causam introduxit, & euoca-
 uit non verò, quando debitor per viam iactatorū, aut aliàs via or-
 dinaria introduxit causam, & deinde euocauit illam ad Regiam
 Audientiam, hæc præuentio non impedit creditori, si ei non con-
 sentit, quin vti possit remedijs executiuis, quibus vti poterat in
 Consulatu, si causam ipse ibi introduxisset contra debitorem,
 Fontan. *dict. decif. 231. num. 12.*

Diximus in superioribus quatuor requiri, vt in Consulatu
 captura decerni valeat, qui sigillatim explenare oportet, vt faci-
 lius intelligatur, in praxim deduci possit nostra securitas iudicij.

11 Primum requisitum est, quod debitum sit verum, & non fictū,
 vnde debet etiam esse liquidum, Gaspar Manzius *de patroc. debit.*
decif. 1. quas. 6. num. 3. nam illiquidum verum, & certum dici non
 potest, Bart. *in l. apertissimi. C. de iudi.* Couar. *variar. resol. cap. 11. n. 1.*
 quod

- quod etiam de iure communi concurrere voluerunt; Iosep. Ludo. *decif. Perus. 41. num. 3.* Thesau. *decif. 220. num. 2.* & alij adducti per Ramon. *conf. 11. num. 29.* Quia debito liquidato remanere potest debitum in modica quantitate, pro qua debitor suspectus dici nequit, Mennoc. *de arbit. casu 87. num. 21.* Caccial. *de debi. susp. & fug. quest. 3. per tot.* Marcob. *conf. 80. num. 6.* Vilossa *de fug. cap. 19. §. 2. num. 99.* Fontan. *decif. 234. num. 11.* & etiam, quia debito illiquido, debitor vti talis tractari non potest, Giurb. *decif. 15. per tot.* Thesau. *dict. decif. 220. num. 2.*
- 12
- 13
- 14 Suadentur prædicta, ex eo quod dicitur de iustrumento guarantee, quod etsi paratam habeat executionem, non tamen potest executioni mandari, etiam respectu rerum, dum vicio illiquidationis laborat, Cancer. *variar. 2. cap. 3. num. 1. & variar. 1. cap. 17. num. 34. & 35.* minus igitur poterit contra personam debitoris, debito non liquidato, captura prouideri, cum captura personæ magis sit præiudicij, quam rerum, Mascar. *de proba. concl. 456. num. 9. tom. 1. & tom. 2. concl. 823. num. 3.*
- 15
- 16 Ex quibus apparet, nec locum dubitandi remanere contra prædicta, sed audi Fontan. dicentem in *decif. 235.* non semel processisse Senatum contra debitorem, vti suspectum de fuga non redditis rationibus, nec computis liquidatis, vnde tota machina nostri edificij corruere videtur, cum tantum Senatum pro contraria opinione habere videamus.
- 17 Quas decisiones conatur defendere Fontan. *dict. decif. 235. nu. 10.* cum multis sequen. dicens, quod captura ibi facta fuit, non ut solueret debitor, sed ut caueret de iudicio sisti, & iudicatum solui, quæ satisfactio propriè pro incerto, & illiquido debito præstari solet, cum petatur in principio litis, quo tempore non potest debitum esse liquidum, vel etiam, quia ibi aderat timor, ne interim dum liquidaretur debitor efficeretur, non soluendo, aut caperet fugam, quo casu captura pro debito illiquido concedi potest.
- Quibus rationibus alia addi potest, & est, quæ scopum attingit nodumque difficultatis dissoluit scilicet, quod in dictis decisionibus debitum iam erat liquidatum, quo ad prætensionem creditoris, petita enim fuerat certa quantitas ab actore, in qua putabat sibi fuisse debitorem reum, iuramentoque aduerauerat, quæ liquidatio sufficit, ad capturam debitoris suspecti de fuga in instanti, eum tunc semiplenè, tunc debeat constare de debito, quia

remporis angustia non patitur, consilium plenius deliberandi propter fugæ periculum, Caccial *de debitor. susce. quæst. 6. num. 14.* Vilos. *dict. cap. 19. §. 3. num. 92.* in dictisque decisionibus à Fontanella traditis, aderat periculum in mora, cum debitor esset suspectus de fuga in instanti, ut ex eorum lectura apparet, igitur nil obstant prædictæ decisiones nostro primò requisito.

18 Pro intelligentia secunda, volentis debitum debere esse mercantile, aduerte quod tale esse dicitur, cum dimanat ex causis in quibus negociatio, & actus quæstuarios exercentur emendo, & vendendo alienas res, Bart. *in l. legati. ff. de leg. 3.* & *in l. si cum villico. ff. de instit. acti.* Rolan. à Val. *conf. 35. num. 15. & 17.* & alli quos refert. Cancer. *variar. 3. cap. 10. nu. 9.* vnde *num. 11.* asserit quod vendens vinum, aut frumentum ex suis prædijs, aut vineis nõ exercet negociationem, seu mercaturam, & sic nec debitum vnde profuens erit mercantile, ego in praxi ad Peguer. *rub. 4. num. 67.*

20 In curia autem Vicar. Barcin. ad quam non extendit privilegium Regis Alfonsi, Magistratui Logiæ concessum, non requiritur, quod debitum sit mercantile, sed quod debitor immobilia non possideat, & de dicta curia Vicar. intelligenda sunt, quæ dixi in praxi, ad Peguer. *in ordi. Iudi. cur. Vicar. Barcin. rub. 7. num. 11. & 20.*

21 Tertium, requisitum diximus esse iuramentum calumniæ, & ut scias, quid per illud iuretur, nota quinque comprehendere prædictum calumniæ iuramentum, 1. Quod actor credit se iuste petere (est enim iuramentum credulitatis, & non veritatis.) 2. Quod respondebit veritatem super omnibus, de quibus interrogabitur. 3. Quod non utetur falsa probatione. 4. Quod non corrumpet Iudicem, neque Tabellionem. 5. Quod calumniosam dilationem non petet, Maran. *de ordi. Iudi. par. 8. de iuram. calum. num. 10.*

22 Quartum, & vltimum requisitum diximus esse debere, quod creditor iuret debitorem, non esse securum, nec pro securo illum habere, sed pro suspecto de fuga, timetque debitum perdere. Quæ fugæ suspicio ex aliquibus coniecturis inducitur, veluti si immobilia non possidet debitor in loco, seu iurisdictione in qua convenitur, vel si sapit sarniculas componere, aut præparamenta fecit, vel latitat, sui copiam non faciendo, licet à Ciuitate non exierit, nec non si debitor deteriorat suam conditionem post debitum contractum, aut si multis fideiussionibus se implicat, quas, & alias coniecturas, cum aliquibus limitationibus, latè adducit

Villosa *dict.* cap. 19. §. 3. à num. 27. vsque ad 43.

- 24 Sed videamus an ista suspicio, timorque perdendi debitum, sit necesse, quod superueniat ex noua causa, post contractum debitum, an verò sit satis, quod adsit quocumque tempore, communis resolutio est, quod nisi sit mutata condicio debitoris, ab eo quod erat tempore contractus, vel saltem si mutata fuerit antea, post contractum, verò debitum peruenerit ad notitiam creditoris, non possit procedi contra debitorem, vti de fuga suspectum, Caccial. *de debit. suspic. quest. 6. num. 1. & 3.* Fontan. *decis. 232. num. 1. & 2.* ego in Praxi ad Peg. *in ordi. Iudi. Cur. Vicar. Barcin. rub. 7. num. 4.* Quæ status mutatio, aut noua illius notitia, iuramento creditoris est probanda, Caccial. qui supra, *num. 20.* vndè dixit
- 26 Angel *in l. si ab arbitrio, §. 1. ff. qui satisf. cog.* se fecesse relaxari multos captos, tanquam de fuga suspectos, qui a actor non narrauerat causas suspicionis emeruisse post debitum contractum, aut de nouo ad sui notitiam peruenisse.
- 27 In Magistratu Logiæ Maris, nec non in Regia Audientia proceditur, absque aliquo examine, si suspitio aderat tempore contractus, vel de nouo emerfit, aut si scientiam illius habuit creditor, vel non, sed sufficit allegare debitorem esse suspectum, & non securum, & ita practicari testatur, Fontan. *dict. decis. 232. num. 12.* de cuius praxi, & ego testari possum, qui per tot annos in hac
- 28 Vrbe, causas patrocinaui sum. Verum est, quod dictus Fontan. qui supra *num. 16.* propter magnam deuiationem à iure communi, & ingentem ab eo recessum per dictam praxim, nec non propter exemplar in Senatu contrarium de anno 1637. ad relationem egregij Senatoris Michael Carreras, de quo ibidem *num. 14.* mentionem facit, consulit Aduocatis, quod ad cautelam vberiore aliquid noui circa debitoris deterioratam conditionem probet, vel saltem, quod latitat, aut latitauit post contractum debitum, nolens creditoribus satisfacere, quod, & ego Consulo in praxi ad Peguer. *in ordi. Iudi. Cur. Barcin. d. rub. 7. num. 6.*
- 29 Durus, sanè, nimis, & ferme intollerabilis videtur stylus, & praxis nostra, vt exclamat Fontan. *dict. decis. 232. num. 13.* ita vt iam nunc nulla sit differentia inter eos, qui ad pœnam carceris, & eos qui sine ea se obligarunt.
- 30 Quibus additur, quod nunc sæpe sæpius à domo sua in carcerem miseri debitores extrahuntur, quod iura abhorrent, cum

- domus tutissimum cuique refugium, atque receptaculum sit, l. plerique, ff. de in ius vocan. Quod adeo verum existimavit, Bart. in l. fin. §. cum antiquis. C. de usur. rei iudi. vt scribat impunè resisti posse apparitori, qui à domo sua quemquem extrahere velit, moribus, tamen contrarium seruari, videmus contra legis humanitatem, imò nullibi minus securi sunt debitores, quam domi suæ, quia vbi magis versantur, ibi securus obsidentur.
- 32 Sed quid mirum cum maximo odio prosequantur leges, debitores de fuga suspectos, Fontan. decis. 233. num. 3. liceatque propter fugæ suspicionem à iuris communi regulis recedere, Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 7. num. 30. & præcipuè, vbi mora periculum est allatura, l. de pupillo, §. si quis riuos, & ibi Bart. & alij, ff. de noui ope. nunti. cap. vlt. & ibi. gl. de poenis, & remis. Fulgos. & Castren. in l. si longius ambo num. 3. ff. de iudi. Natta, cons. 430. num. 5.
- 33 Videamus enim neminem regulariter, sibi ius propria auctoritate dicere posse, tot. tit. nequis in sua causa, l. non est singulis, ff. de reg. iuris, quod iuris municipali, etiam cautum est, tot. tit. quæntia licit, ò no, à quiscu venjarse sene luge.
- 34 Debitorem tamen suspectum de fuga, propria auctoritate capere potest creditor, eumque ad Iudicem trahere, l. ait prator, §. si debitorem, ff. quæ in fraudem credi, vbi Bart. & communiter scribentes Cancr. variar. 2. cap. 10. num. 11. 12. & 13. vbi num. 14. asserit id procedere, etiam si debitor sit Clericus, potest siquidem à debitore Layco capi, sine incurso excommunicationis.
- 36 Ab Ecclesia extrahi quoque posse debitor suspectus de fuga opinatur, las. in l. vnum. num. 5. ff. si certum petatur, eius tamen opinio communiter reprobatur, ex traditis per Couar. lib. 2. variar. resal. cap. vlt. num. 14.
- 37 Magis verò inhumaniter olim iure duodecim Tabularum, vt pote rudi seculo, contra debitores procedebatur, idemque apud finas, vt videre potes, apud Villosa dict. cap. 19. §. 1. num. 17. cum multis sequent. vbi reperies, quod aduc secundum legem Castellæ, debitor inops creditori addicitur, vt ei suis operibus satisfaciatur.
- 38 His tamen non obstantibus maturè, & attente procedere, debet Iudex antequam debitorem suspectum iudicet, cum inde sequatur, liberi hominis captura, quæ non fit sine iniuria, ac etiam magno præiudicio, Rolan. à Val. cons. 65. num. 16. Læditurque fama quæ non facile restituitur, Fontan. decis. 230. num. 4. §. 6.

Animaduertereque debet, quod creditor instans capturam sit bonæ opinionis, & famæ, aliàs ei credere non tenetur, nec capturam decernere, Villosa *dict.* cap. 19. §. 3. num. 22.

40 Iam miseros debitores captos habemus, tractemus de remedijs, quibus à carceribus liberari valeant, si soluendi facultatē nō habent liberantur igitur. Primò per cessionem bonorum, Canc. *variar.* 2. cap. 9. num. 1. & post cessionem non tenentur, nisi in quantum facere possunt, *tex. in §. fin. inst. de actio. l. 3. vbi glos. verbo promouere, c. de bonis auctor. iud. posses.* forma cessionis bonorum traditur per Ferrer, 3. *part. obser. cap. 130.* & Olib. *de actio. par. 1. lib. 3. §. fin. num. 15. & 16.* vbi ait, quod per cessionem bonorum non efficitur, quis infamis, quia quandoque paupertate liberamus, nouercante fortuna, & propter eius ludibria.

41 Limitatur in debitore, capto vigore alicuius instrumenti guarantee, vt expræsse disponitur, in *Pragmat. Reg. Petri 3. que sunt 2. & 10. tit. de actio. & oblig. vol. 2.* Michael Ferrer 3. *par. obser. cap. 101. vers. post prædicta in fine* Canc. *variar.* 1. cap. 17. num. 50.

42 Limitatur itidem in debitore, qui malitiosè, & in fraudem creditorum bona sua dilapidauit, Canc. *variar.* 2. cap. 9. num. 46. cū multis quos allegat, apud quos alias videre poteris limitationes.

43 Vnde falliti non gaudere huiusmodi beneficio cessionis bonorum, imò per nostras Constitutiones variè puniri, docet Olib. *dict. part. 1. lib. 3. §. fin. num. 26.* cum in eis præsumatur dolus, Natta *dict. cons. 361. num. 7.* Plotus in *tracta. de in lit. iuran. §. 4. num. 64.*

44 Secundò, liberantur à carceribus debitores, si creditores eis alimenta non præstiterint, quando non habent vnde se alant, quia debitor inops captus ali debet expensis capi facientis, aliàs ludex poterit debitorem relaxare, Aluer. Velaf. *consul. 1. num. 8.* Gam. *decis. 161. num. 1.* Surd. *de alimen. tit. 1. quest. 71. num. 2. cum sequent.* & de iure municipali duas habemus Constitutiones, idem, & cautius disponentes 4. scilicet, & 7. *tit. de pobres pledejans*, quibus cauetur, quod si aliquis pro debitis ciuilibus fuerit captus, & confiterit non habere de suo, creditor teneatur ei alimenta præstare, pro vno quoque die 18. denarios, etsi cessauerit creditor per binos dies prædicta alimenta soluere, debitor veniat relaxandus, repulsa omni moræ purgatione, ad solam commentariensis relationem iuramento adueratum, per cuius manus debitorum alimentorum pecuniæ subministrandæ sunt.

45 Ex quibus oritur ingens illa quæstio, an isti duo dies debeant esse continui, an verò sufficiant interpolati, quam ad partes fusè, ac doctè disputat Fontan. *de pac. nup. tom. 1. clau. 4. glos. 18. par. 4. num. 36. cum multis sequen.* vbi pro affirmatiua, quod sufficiant interpolati adducit Senatus decisionem, ipse verò negatiuam amplecti videtur, & non leuibus fundamentis, ad eum te remitto, ne actum agam.

46 Tertiò liberatè debitor captus, per cautionem de soluendo iudicatū, in hoc nemo est, qui hæsitat, tota difficultas cōsistit an ista cautio debeat esse fideiussoria, an verò sufficiat iuratoria, casu quo debitor sit ad eò fortuna destitutus, vt fideiussores inuenire nequeat, hæc quæstio ambigua, & dubitabilis est, & quia utilis valdè, imò necessaria, & quotidiana, ideo vt veritas in lucem prodeat ad vtramque partem argumentabor, quia vim ferro apparit, qui per contraria scandit.

47 Prima opinio, quod non sufficiat iuratoria cautio probari videtur. Primò *de rex. in l. si creditores, ff. de priuil. credit.* vbi Vlpia. scripsit, *quod si creditores heredem suspectum putent, satisfactionem exigere possunt pro suo debito reddendo, satisfactio autem in iure accipitur, pro ea quæ suffulta est fideiussoribus, aut pignoribus, l. 1. ff. qui satisfd. cog. cum vulgatis.*

Quod fortius deduci videtur, ex sæpe mentionato priuilegio Serenissimi Regis Alphonsi, Magistratui Logiæ concessum, quo cauetur, quod si debitores non soluerint, vel idoneæ notitia Cōsulum Logiæ Maris assecurauerint debitum, & idoneam præstiterint cautionē, capiantur, & capti detineantur, donec suis satisfecerint creditoribus, quā idoneā cautionē fideiussoriā importare, docēt plures, quos adducit Fonta. *decis. 236. n. 9.* cuius priuilegij vigore sic obseruari in dicto Magistratu Logiæ, refert Fontan. qui supra, *num. 10.* asserans *num. 11.* quod vltèrius prætenditur per dictum Magistratum, quod si huiusmodi causæ euocantur ad Regiam Audientiam, debet Regia Audientia sic seruare illud priuilegium, ex dispositione Constituti. *titu. de caus. mercanti.* vbi disponitur, quod causa mercantiles euocatę ad Regiam Audientiam tractentur, secundum ordinationes Consulatus, quod partes teneantur securitatem iudicij præstare, quod recusantibus, aut non valentibus facere in carcerem conjiciantur, pro vt fieri est assuetum in dicto Consulatu. Ex quibus verbis, (quæ non
parum

- parum pro hac opinione præmunt,) apparet non solum in dicto Consularu, sed etiam in Regia Audientia rejiciendam fore iuratoriam cautionem, propter illa verba, *aut non valentibus facere*, cum illam præstare semper sit in potestate debitoris. Quam opinionem tenet Cancer. qui supra *num. 19.* dicens, id esse extra omnem controuersiam, sicque iudicari in Senatu. Quibus accedit, quod si cautio iuratoria sufficeret, nil commodi attulisset creditori captura debitoris, cum res redderetur in præstinum suspectum statum, non magisque cautionis, ac securitatis haberet postquam antea. Qua ratione oppressus, Bart. dixit in *l. in omnibus, ff. de iudic.* non sufficere iuratoriam, sed interuenire debere fideiussoriam, idem tenuit Gicco. *decis. Scicil. 4. num. 35.*
- 50
- 51 Secundò, probatur eadem opinio, quia usufructuarius qui satisfacere tenetur cù fideiussoribus, si ob paupertatem eos inuenire nequit, non admittitur cum iuratoria cautione, Soto Ma. *de usufru. cap. 18. num. 16.* igitur si in usufructuario non habet locum cautio iuratoria, multò minus locum habebit in debitore suspecto, cum propter fugæ suspicionem rigurosè aduersus eum procedatur, ut supra ostensum est.
- 52
- 53 Probatur quartò, quia tutor, vel curator qui satisfacere tenentur, *l. fin. C. de tutor. & curat.* non admittuntur ad tutelam, vel curam cum sola iuratoria cautione, Bal. in *l. 2. C. de usus. & fruct.* Ias. in *l. 1. §. limit. ff. qui satisfd. cog.*
- 54
- 55 Contraria verò opinio benignior, & verior est, alias debitores perpetuo in carceribus detinerentur, quod inhumanum iudicauit, Anton. Faber. in *suo cod. lib. 2. tit. 39. de satisfd. diff. 9.* paupertati enim fauendum est, *l. illicitus §. §. vlt. ff. de offi. pres. l. si procurator §.*
- 56
- 57 *§. quod & actionem in fine. ff. mandati.* yndè videmus, quod pauperes, fauore paupertatis (quæ durior est morte,) Bal. in *l. certa forma, C. de iure fisci. lib. 10.* à multis ad quæ alias tenebantur in utroque foro excusari, ut à pœna æterna, quando restituere non valent, illicita capta, Abb. in *cap. cum tu. col. 1. de usur.* Luc. de Pen. in *l. fin. col. 2. vers. secundò propter paupertatem, C. de is qui nume. lib. 10.* Item, liberantur à periurio, Inno. in *cap. P. & G. de officio deleg. Bal. cons. 151. col. penul. in fine, vol. 5.* nec tenentur ad interesse lucri cessantis Beatus Antoni. Archiepis. Floren. in *2. parte sua summa tit. de auar. char. 29. vers. quid de pœna apposita, Afflic. decis. 20. num. 3.* nec emphyteota desiens canonem soluere propter paupertatem, cadit à iure suo,

suo, Bal. in cap. *querelam, de iur. iuran.* permittiturque donatori ob eius necessitatem, & paupertatem bona donata (aliàs prohibita,) alienare, Fontan. de pac. nup. tom. 1. clau. 4. gl. 9. par. 5. num. 164. cum sequent.

55 Deinde etiam, quamuis pro executione sententiæ latæ in Cōsistorio Principis, si ab ea supplicatum fuerit requiratur satisfactio, de restituendo quidquid in causâ supplicationis, per Sacrum Consilium ordinabitur, *tex. in Auten. quæ supplicatio, C. de preci. Imper. offeren.* tamen si pars quæ obrinuit fideiussorem dare, non potest admittitur, cum iuratoria cautione ad sententiæ executionem, Guid. Pap. *decis. 189.* vbi per Senatum Delphin. sic conclusum asserit. Quia qui fidei iubere tenetur, si propter paupertatem impeditur, loco cautionis, semper admittitur ei iuratoria cautio, *Auten. Generaliter*, vbi DD. *C. de Epis. & Cler. Bal. in l. 2. §. si super peculio, C. de adfert. tollen. l. 1. vbi gl. & DD. ff. qui satisd. cog. vbi Ias. num. 23.* ait quotidie ita practicari, *Marfil. in l. fin. num. 123. ff. de iurisd. omn. iudi. Alex. conf. 17. col. fin. vol. 3. Bertran. conf. 103. num. 15. vol. 2. Craue. conf. 169. in fin. Socin. conf. 120. col. 2. vol. 1. Asin. in praxi §. 31. cap. 2. ampli. 9. num. 2. & sequen. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 18. num. 1. & sequen. Rolan. conf. 43. num. 21. vol. 2. Natta. conf. 617. num. 7. & sequen. Becci. conf. 1. num. 17. cum sequen. Guid. Pap. decis. 189. cum impossibilium nulla sit obligatio, l. impossibilium cum vulgaris, ff. de regulis iuris.*

56 Quæ cautio iuratoria duo continere debet promissionem scilicet de soluendo, quidquid iudicatum fuerit, & quod perquisiuit fideiussores, & non inuenit, *Fontan. dict. decis. 236. num. 5.*

57 Ex quibus patet solutio ad primum contrarium argumentum. Restat solum satisfacere considerationi in eo factæ de Constitu. 1. tit. de caus. mercant. in illis verbis. *Y recusant, ò no podentlo prestar. sien mesos en la presò, si è segons se acostuma fer en lo Consolat*, diximus prædictam Constitutionem, tam in Senatu, quàm in Consulatu exigere, videri fideiussoriam cautionem, & non contentari cum sola iuratoria, cum ista semper præstari possit à reo capto. Cui satisfacies negando, quod sit in manu debitoris præstare dictam iuratoriam cautionem, quia duo ea continet iuramentum, nempe, quod non reperit fideiussores, & cautionem ipsam poteritq; esse, quod non semper poterit iurare, non posse inuenire fideiussores, aut ei probabitur contrarium, & sic, nec per illa verba censetur, exclusa

- exclusa dicta iuratoria cautio, vt tradit Fontan. *decif. 237. num. 5. §*
- 58 Nec obstant decisiones Senatus de quibus meminit Canc. *dicto lib. 2. c. 10. n. 19.* quia ei verius responderi potest, quod ipse de Fontan. dixit scilicet non ab ipso, bene intellectas dictas decisiones, dum dicit eas loqui, non de debitore suspecto de fuga, sed de eo qui tenetur prestare cautionem de iudicio sisti, & iudicatum solui, cum quotidie, videamus contrarium practicari in Regia Audiencia, & cum sola iuratoria relaxari debitorem suspectum de fuga.
- 59 Secundo, contrarium argumentum soluitur dicendo, quod licet vsufructuarius qui tenetur satisfacere, non admittatur de rigore iuris, cum iuratoria cautione, bene verò de æquitate Bart. *in l. 4. C. de vsuf.* Guid. Pap. *decif. 120.* & alij relati per Soto Ma. *dict. cap. 18. num. 16.* licet ipse, *num. 21.* arbitrio iudicis inspecta rei fructuariæ qualitate, & persona legatarij relinquendum existimet.
- 60 Minus obstat tertium argumentum, quod electus in tutorem, & curatorem, non admittitur cū iuratoria cautione ad tutelam, vel curam, quod ingenue fateor, nō tamē indè infertur ad nostrū casū: discriminis ratio est, quia vulgare dictū, quod cautio iuratoria ob paupertatē satisfacere debentis admittenda sit, habet locum tantū in eo, qui agit nomine proprio, vt noster debitor captus, non verò alieno, qualis est tutor, vel curator, petens ad alicuius tutelam, vel curam admitti, nam ipse talis præcisè tenetur satisfacere, quam differentiam agnouerunt, Bal. *in cap. coram, col. fin. de offic. deleg. & Ias. in l. 1. col. fin. vers. decimo quarto limit. ff. qui satisf. cog.*
- 61 Est, & alia praxis petendi securitatem iudicij in Consulatu Logiæ, licet non ita frequens, vt præcedens ideoque (breui me expediam) virtute *cap. 30. lib. Consulatus*, cuius verba sunt sequentia.

Si per lo demanador es demanat de paraula, ò per escrit: que lo demanador dò fermança, que li estiga à dret sobre la sua demanda, en altre manera, que sia anantant contra aquell, si lo demanador es estrangeiro: encontinent deu donar la dita fermança. En altra manera deu esser près, è mès en la presò comuna, è estar près menant son clam. E si jura que no ha de que pagar, ço en que serà condemnat: deu esser gitat en la presò. Si donchs no era près per alguns casos contenguts en las costumes de la mar, per los quals deu esser estat sostemps près, è en ferres, tro age satisfet ço en que sera condemnat. E si lo demanador es de la Ciutat, è los Consols sabrà: que ha bens bastants, à açò que demanador li serà, fentli assignacio dins la qual dò la dita fermança de dret. E si los Consols apres que request ne seràn: no forçaràn lo demanador à donar la dita

dita fermança de dret: è aquell demanat se absentat à, que no parà esser atrobat, ho bens alguns, no aja de que pach, ço en que serà condemnat, los dits Consols, è llars bens romanen obligats la cosa jurjada à pagar. Hæc sunt formalia verba dict. cap. 30.

62 Virtute inquam dicti cap. Consulatus compelluntur, rei alitè iam capta, præstare cautionem de iudicio sisti, & iudicatum solui, quam alias iam de iure pandectarum præstare tenebantur, l. 2. ff. qui satisf. cog. & tot. tit. ff. iudi. solui. licet hodie de iure codicis tantum, teneantur præstare cautionem de iudicio sisti, & non iudicatum solui, si suo nomine conueniantur, l. 1. C. de satisf. ff. sed hodie inst. de satisf.

63 Quam cautionem si præstare non possunt rei, iurentque non posse inuenire fideiussores, satisfaciant obligationi per iuratori-

64 riam cautionem, in hoc concurs est Doctorum opinio. Contrarium tamen seruatur in nostro Consulatu, in quo, nec in huiusmodi cautione de iudicio sisti, & iudicatum solui, liberatur à carceribus, reus per iuratoriã cautionem licet, iuret se non inuenire fideiussores, vt docet Canc. variar. 2. cap. 10. num. 21. non obstante, quod dictum cap. 30. in prima eius parte, è *si iura que no ha de que pagar, ço en que serà condemnat, deu esser gitat de la presò, fundatur prætenso dicti Magistratus, in illis immediatè sequentibus verbis, si donchs no era près per alguns casos contenguts en las costumes de la mar, per los quals deu esser estat totemps près, è en ferres tro aja satisfet, ço en que serà condemnat.*

65 Quæ verba extendunt Consules ad omnes causas mercantiles: nequaquam tamen, tam amplam habent significationem, si rectè perpendantur, nec sunt apta comprehendere omnes causas mercantiles, cum exceptio debeat esse de regula, l. *quæstam*, ff. de fund. instruet. regula est iuxta dictum cap. 30. quod in Consulatu admittatur cautio iuratoria, si captus aduena iuret non habere vndè soluat, postea adducit limitationem: ibi, *si donchs no era près, &c.* & in Consulatu Logie Maris regulariter non cognoscitur nisi de causis mercantilibus, igitur liquet, quod in dicta limitatione non comprehenduntur omnes causas mercantiles, sed eas tantum, in quibus debitor secundum consuetudinis maris, debet manere captus quousque satisfecerit, Fontan. *dict. decis. 236.*

66 num. 7. dicens, quod ita, & melius quam nos, veneti qui à nobis leges acceperunt, intellexerunt dictum cap. 30. sicque practicati in

Regia Audientia, si ad eam euocata fuerit, causa prætextu alicuius qualitatatis, à carceribusque liberari reos si fideiussores inuenire non potuisse iurauerint restatur, *Caner. diè lib. 2. cap. 10. num. 22.* vnde perperam in Consulatu contrarium seruatur.

- 67 Idem est in ciuilibus de quibus loquitur, secunda pars dicti cap. quamuis nõ inueniantur in ea repetita illa verba primæ partis, *ibi. E si jura que nõ ha de que pagar, &c.* Quia, vt casus omissus debet regulari, secundum dispositionem iuris communis, *l. si verò, ff. de viro, ff. solut. matrim cum vulg.* à quo iuratoria cautio admittitur, si propter paupertatem non potest, quis fideiussoriam præstare vt latè ostensum est supra, *num. 55.*

De causis verbalibus merè juxta, cap. 17. libri Consulatus.

S V M M A R I V M.

Causæ merè verbales, qua dicantur, *num. 1.*

Causæ merè verbales, qualiter declarentur, *num. 2.*

Sententia in causis merè verbalibus qualiter fiat, *num. 3.*

Cap. 17. libri Consulatus declaratur, *num. 4.*

C A P. V I I I.

- 1 **I**N hoc capite 17. datur ordo seruandus in causis verbalibus, quæ merè verbales dicuntur, quia non rediguntur in scriptis, in, & cum quo disponitur, quod facta petitione per actorem, & responsione per reum, auditis testibus, si qui dantur, inspectis instrumentis si offeruntur, respectiue per partes, solent Magnifici Consules nominare aliquos Mercatores in Proceres, vt eos
- 2 consulent ad declarandum super petitis, & deductis, quæ solemniter fuit introducta, vt vtrique parti consultum esset, & tam Magnifici Consules, quàm Proceres, auditis partibus ipsis, rece-
- 3 dentibus à Magistratu, iudicant causam, & pronuntiant sententiâ verbaliter, quam Scribe Consulatus in scriptis redigere debet, & copiâ autenticam partibus dare, si ab altera earum petitorum fue-

rit satisfacto Scriba in suo salario.

4 Dicti capituli 17. Consularatus, declarat Fontan. tom. 1. decis. 240. per totam, loquens de probationibus, cuius decisionis materia magis adeptatur probationibus, quæ fiunt in causa appellationis à sententia lata in Consulatu, cuius appellatio introducitur coram Iudice appellationum.

27 Cætera verò concernentia materiam causarum verbalium sequenti capite tractantur.

De causis verbalibus, que in scriptis rediguntur iuxta libri Consularatus, incipiens.

Com demanda.

S V M M A R I V M.

- C**itatio quandoque non est necessaria. num. 1.
 Citatio est fundamentum iudicij. num. 2.
 Citatio in Consularatu, an possit fieri. num. 3.
 Citatio per edictum, quando locum habeat. num. 4.
 Citatio per edictum quibus nocet. num. 5.
 Creditores semper habent in suum saluum, licet citatio fiat per edictum. nu. 6.
 Citationis terminus qualis sit. num. 7.
 Citatio in causis verbalibus, quod tempus habeat. num. 8.
 Citatio in Consularatu Logia, qualiter fiat. num. 9.
 Pœna an possit apponi per Consules in citatione. num. 10.
 Pœna propriè, que dicatur. num. 11.
 Muletæ, que sit. num. 12.
 Iurisdictione concessa, censentur omnia necessaria ad illam. num. 13.
 Iudex quilibet potest imponere muletam. num. 14.
 Muletæ, & pœna in quibus differant. num. 15.
 Muletæ arbitraria est. num. 16.
 Muletæ magis imponitur ad terrendum, quam ad alium finem. num. 17.
 Muletæ imposita, an possit exequi in persona. num. 18.
 Muletæ execratio, quando locum habeat. num. 19.

- Cessio, quando locum habeat. num. 20.
- Cessio in criminalibus, quando locum habeat. num. 21.
- Cap. 8. libri Consulatus qualiter intelligatur. num. 22.
- Causa verbalis propriè qua dicatur. num. 23.
- Petitio in iudicio debet esse clara. num. 24.
- Petitio an corrigi possit, & quando. num. 25.
- Assignatio ad sententiam in causis verbalibus concludit causam. num. 26.
- Confessio acceptata, non potest corrigi. num. 27.
- Confessio per errorem facta, an corrigi possit. num. 28.
- Error confessionis qualiter consideretur. num. 29.
- Confessio qualificata, an possit dividi. num. 30.
- Confitens debitum cum qualitate, quod restituit qualiter accipiatur. num. 31.
- Confessio qualificata sine qualitate non attenditur. num. 32.
- Connexa capitula, quando dicantur. 33.
- Quae sunt in continenti, post primum actum, primò actui in esse dicuntur. n. 34.
- Dictum unum, quando dependet ab alio. num. 35.
- Confessus non condemnatur, sed datur ei tempus ad soluendum. num. 36.
- Confessus pro iudicato habetur. num. 37.
- Confessio iudicialis omnem probationem superat. num. 38.
- Confessio facta per verbum credit, an inducat plenam probationem. num. 39.
- Confessio extraiudicialis, quando probet. num. 40.
- Confessio extraiudicialis presente parte, & testibus, an, & quando probet. n. 41.
- Confessio extraiudicialis absente parte, presentibus verò testibus in Consula-
tu probat. num. 42.
- Causa omnes quae tractantur in Consulatu, dicuntur summaria. num. 43.
- Contractus omnes qui iudicantur in Consulatu sunt bonae fidei. num. 44.
- Confessio liberatoria, qua confessus fuit absentem, nihil debere, an probeat
liberationem citati. num. 45.
- Iuramentum liti decisorium, qualiter praestetur. num. 46.
- Iuramento delato recusante iurare, quid fiendum. num. 47.
- Iuramentum prius debet deferri antequam praestetur. num. 48.
- Tempus, an sit concedendum ad deliberandum ei cui defertur. num. 49.
- Iuramenti delatio, quas causas requirat. num. 50.
- Iuramenti delatio, quando sit fienda. num. 51.
- Iuramentum, an possit deferri factis probationibus. num. 52.
- Iuramentum, an possit deferri à solo iudice. num. 53.
- Iurans falso, an possit accusari de falsitate. num. 54.
- Iurans falso, Deum habet ultorem. num. 55.

- Iuramentum deferens, an eo delato possit probationes facere. num. 56.
 Perjurium, quando possit puniri. num. 57.
 Iuramento delato, an possit deferens pœnitere. num. 58.
 Causa iusta, an excusat. num. 59.
 Iuramento delato, an si pœniteat possit iterum illud deferre. num. 60.
 Iuramenti delatio facta absente Iudice renocari. num. 61.
 Iuramentum suppletorium, quid sit. num. 62.
 Iuramentum suppletorium, quando admitratur. num. 63.
 Probationes, quando coniungantur. num. 64.
 Iuramentum suppletorium, an detur in causis magnis. num. 65.
 Iuramentum suppletorium, an sit petendam à parte. num. 67.
 Iuramentum suppletorium, quando censeatur petitum. num. 68.
 Probationes, an conjugantur in causis que vertuntur in Consulatu. num. 69.
 Iuramentum suppletorium defertur in quacumque parte iudicij. num. 70.
 Iuramentum suppletorium, quare introductum sit. num. 71.
 Iuramenti materiam, qui tractant. num. 72.
 Confessio debiti, an inducatur ex presentatione litterarum, non contradicta-
 rum. num. 73.
 Confessum, quando dicatur debitum. num. 74.
 Debitum, quando censeatur confessum. num. 74.
 Expensarum condemnatio, an possit fieri in Consulatu. num. 75.
 Confessio de parte debiti ad complementum, an probet. num. 76.
 Petitio facta de residuo, qualiter intelligatur. num. 77.
 Salutio, quando presuma tur de propria pecunia. num. 78.

CAP. IX.

SOLENT Quandoq; verbaliter causæ tractari sine citatione, videlicet, quâdo ambo litrigatores de amborû consensu accedunt ad Magistratû, ibique suam petitionem, & respõsionem proponunt, quibus auditis Consules iudicant, prout de iure videbitur expediri, & hoc casu non est necessaria citatio.

Alio modo solent causæ incohari per citationem; quia citatio basis est fundamentum iudicij, vt late resoluit don Ludouic. à Peguer. in sua prax. rub. 6. in princ. & ibi addit. meæ lit. A num. 10. circa quod quæsitum fuit, an Consules possint providere citationem per edictum, cui dubio respondet Maranta. de ordine iudicior. par. 4. distinc. 9. rub. vt iudicium mercatorum, num. 108. ex mente Baldi. in l.

cessante

cessante, C. ubi, & quando index. dicens, quod edictum citatorium debet affigi in dicto Magistratu, quod dictum (salua pace tanti viri) absolutè locum non habere existimo, sed tantum, quando ageretur, de interesse plurimorum creditorum in aliqua executione eo, quod possunt habere ignorantiam de distributione bonorum debitoris in executione captorum, quia citatis per edictum, hoc proderit, vt graduatione, & distributione primò fienda suo loco graduentur, & non teneantur expectare secundam graduationem. Hæc autem citatio generalis, non nocet creditoribus anterioribus; quia non obstante dicta generali citatione, & lapso termino in citatione præfixo, poterunt creditores quocumque tempore comparere; quia ius eis comperens saluum, & illæsum eis remansit, vt ex obseruantia Regiæ Audientiæ, attestatur Cancer. 2. par. variar. de restit. spoliator. num. 12. & 13. retuli, variar. resol. cap. 3. num. 46. licet autem citatio prima sit fienda de personis plebeis, cum termino decem dierum ad comparendum, & de militaribus, seu gaudentibus priuilegio militari, cum termino viginti sex dierum, vt retuli in prax. dict. rub. 6. num. 6. & in meis, vari. cap. 3. num. 168. Hoc tamè intelligendum est, quando causæ plenariæ tractantur, secùs verò, quando verbaliter incohantur, quia hoc casu solet citatio fieri ante meridiem, vt compareat reus post meridiem, vel ipsa citatio fit post meridiem, vt sequenti die compareat, & hoc sufficit, cum similes causæ, quæ verbaliter incipiunt, summariæ sint, & breui declaratione indigent, per dictam enim citationem iam prospicitur ad ius, rei pro quo citatio est, introducta faciunt, tradita per don Ludouic. à Peguer. decis. 173. à me relata, var. cap. 3. num. 11.

9 Citatur igitur prima vice per aliquem ex Virgarijs Logiæ, factaq; relatione per dictum Virgarium, Reo non comparente, iterum citatur, & tertio cum pœnis.

10 Extitit dubium, an Consules possint exequi pœnas appositas in citatione, cui dubio respondeo affirmatiuè, præsupponendo prius, quod licet nomine pœnæ fuerit mandatum, quod compareat, hoc fuit ex modo loquendi ordinaria; quia pœna est, quæ à lege imponitur, vt latè dixi in meo lib. de regal. cap. 34. de regal. imponendi pœnas, & multa pœna autem apposita in citatione proprie multa appellatur, cum à Iudice apponatur, dict. cap. 34. num. 6.

12 Miror, quod fuerit, quis, qui prædicta dubitaret concessa enim

iurisdictione cōsentur cōcessa omni, asine quibus iurisdictione exer-
ceri nequit, vt ex l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. & ex alij refert Canc. var. 10.

- 14 2. c. 2. n. 62. & ego, in addit. ad prax. rub. 26. de execut. sent. n. 39. & ibi plura,
quāto magis, quod quilibet Iudex pedaneus potest pro cōserua-
15 tione suæ iurisdictionis pœnā imponere, quæ propriè dicetur mul-
cta, cōfundūtur enim huiusmodi duo vocabula pœna, & mulcta,
latè retuli dict. cap. 34. de regalij, à num. 3. ex l. vnic. ff. si quis ius dicen. non
16 obtemp. Quæ mulcta ad arbitrium imponitur, ex l. aliud §. 7. ibi, &
mulcta ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit, ff. de verb. sig. hæc enim
17 mulcta magis imponitur ad terrendum, quam ad alium finem,
indeque si tempore quo fit executio pro mulcta, reus non sit sol-
18 uendo, non poterit reus exequi in persona, quia non habet lo-
cum regula illa, qui non habet in aere luat in corpore, attestatur
19 don Ludouicus à Peguera, tom. 1. decis. 6. num. 4. progrediens vl-
terius dicens, quod etiam habet locum, quod dictum est, de mul-
20 cta agente Fisco, contra quem cessio admittitur, ex Iason. in §.
pœnales inf. de actio. num. 43. & Marquilles in vsar. quia iustitia quest.
13. quæ incipit, quaro qualiter intelligendum est, prædicta autem pro-
priè in causis ciuilibus magis locum habent, quales sunt, quæ tra-
ctantur in Magistratu Maris, si enim causæ criminales essent, non
21 haberet locum cessio, sed solum haberet locum dicta regula, qui
non habet in aere luat in corpore, latè Peguer. dict. decis. 6. num. 6.

Quod post hac scripta inueni dispositionem clarā Serenissimi Regis Petri
Martini, quod legitur in libro privilegiorum, à fol. 38. & maxime 39. vbi
ita legitur, & vt Consules, & Iudices prædicti super discussione, & decisione
prædictis iustius, & maturius habere se valeant eis ad cautelam, expressè con-
cedimus cum presenti, quod possint distringere, compellere, fortiare per impo-
sitiones pœnarum, & executiones earum, & alijs debitis iuris, & rationis re-
medijs omnes, & quoscumque Mercatores, & alios de quibus eis videbitur ad-
ueniendum, & interessendum consilij, que habebunt tenere super dictis ques-
tionibus, litibus, & controuersijs, contractibus, & debatis decidendis, &
etiam determinandis, & eius super is, si requisiti fuerint consilium impendendū.

- 22 De hac causa loquitur, caput octauum, libri Consulatus, quod legi-
tur, fol. 1. in fine pagine, dum tradit formam introductionis causæ,
& prosecutionis illius, cum sequentibus capitulis, nec quicquam
23 refert, quod redigatur in scriptis, non enim ex eo mutant natu-
ram sui principij, & originis, sic videmus causas verbales coram
Admodum Reuerendo Cancellario, & Magnifico Regente Can-
cella-

cellariam verbaliter tractari, omnes verò illas, cum suis translationibus, deductionibus, & supplicationibus.

- 24 Petitio verò, siuè demanda quæ fit per actorem, debet esse clara, ita vt reus percipiat mentem actoris, & videat an ei magis expediat litigare, aut cedere, aut conuentione, & concordia rem sopire, *l. 1. ff. de edendo. Bartol. in l. si in rem. ff. de rei vendicat. l. ferma. ff. de censibus, dixi in meis addit. ad prax. rub. 9. num. 2. lib. 6. Oliba de actionibus, tom. 1. lib. 1. cap. 1. per tot.*
- 25 Scies tamen, quod petitio potest corrigi vsquequo assignatum est ad sententiam in his causis verbalibus, in quibus assignatio ad
- 26 sententiam est conclusio in causa ad instar denuntiationis, dixi in addit. ad praxi. cap. 4. de euocat. caus. num. 71.
- 27 Quod autem dictum est in causis verbalibus, petitionem corrigi esse, vsque ad causæ conclusionem, ita intelligendum est, si confessio non fuerit acceptata per partem aliam, nam si fuerit acceptata, corrigi non potest, ex *l. cum præcum, C. de liberali causa, Baldus quem vna, cum Bartol. refert, & sequitur Oliba, de actionibus, tom. 1. lib. 1. cap. 11. à num. 24. retuli in addit. ad prax. rub. 8. de petitione, seu libello. num. 25.*
- 28 Sed quid si pars velit reuocare confessionem, tanquam per errorem factam, an sit audienda, in quo dubio resolutiuè dico, ex *Marta. de iuridic. 2. par. cap. 8. num. 29. vbi ait, quod si confessio est in contrarium veritati poterit corrigi, l. error. C. de iuris, & facti ignoran. Anton. Gabriel. conclus. 5. in fi. de confessis. Palcotus decis. 253. error enim confessionis tripliciter potest euenire, Oliba de actionibus, tom. 1. lib. 2. §. si quis aliud, num. 2.*
- 30 Sed quod si confessio est facta cum qualitate, an possit diuidi, itavt simpliciter, & de plano censeatur, facta hanc difficultatem disputatam, & decisam in Senatu Mantuano, refert *Surdus, ex Bartoli doctrina, ex l. aurelius, §. idem quesuit, ff. de liberat. legat. vbi aserit, quod vbi tractatur de vnico capitulo, vel de duobus, quæ inter se habent connexitatem confessio calificata nõ diuiditur, si cõtra cõfiterẽ nõ virgeat vehemens præsumptio, l. etiã §. 1. ff. de minorib. Cinus in l. 1. q. 13. C. de cõfessis, Bald. in l. 2. C. de donat. ante nupt. Alex. cons. 88. in princip. verci. & ideo si cõfiteor, volum. 1. ponitq; dicitur *Surdus**
- 31 in princ. decis. exemplum in eo, qui petijt centum ex causa mutui, & reus respondet verum esse, sibi mutuata fuisse, sed illa iam restituisse (qui casus frequentissimus potest esse in Logiæ Maris,) que
- casu

- casu cum confessio sit calificata, & non possit diuidi, reus ex sua confessione non poterit condemnari, quia dicta qualitas, quod
- 32 fuerunt restituta, non potest separari à dicta confessione, remanetq; petitio pura, & sic actor tenetur probare mutuatam fuisse, & reus probare se restituisse sequitur, Mennoch. *de arbit. lib. 2. cen. 1. cas. 93. num. 1.* quando autem duo capitula dicantur connexa difficilis resolutionis attestatur, Mennoch. *dict. loco, cas. 95.* largè materiam tractans aserens aliquibus visum fuisse à iudicis arbitrio dependere, postea verò, *num. 14.* ait quod non potest diuidi cum eadem responsione contineatur qualitas, & quæ in continenti fiunt eidem primæ orationi inesse videntur, *l. lecta. ver. dicebam, ff. si cert. petatur, Felinus in cap. cum inter. num. 7. de re iudic.*
- 34 quia vnum dictum dependet ab alio, *Glos. in l. etiam. §. 1. de minor. quam sequuti sunt Bald. in l. 2. num. 1. C. de re iudicat, Socinus Senior inter consilia Curtij Senioris, cons. 20. saepe numero, col. 10. vers. 1. si ergo, & alij allegati per Mennoch. dict. num. 14.*
- 35 Si verò reus comparendo confessus fuerit debitum, tunc Magnifici Consules attenda confessione dicti rei, ipsi dabunt terminum decem dierum ad soluendum, quia confitens condemnari, non debet eo enim ipso, quod confessus est, pro iudicato
- 36 in iure habetur, *l. 1. C. de confessis, ibi. Confessor pro iudicatis haberi placeat, cap. cum super de confessis, & utrobique; Glos. hæc enim confessio iudicialis omnem probationem superat, don Ludouic. à Peguer. in sua prax. rub. 14. num. 14. & ibi additiones meæ, num. 103. cum sequen. lit. N. ex Postiq. decis. 32. num. 3. decis. 113. num. 14. & decis. 185. num. 2. & decis. 193. num. 3. Oliba. de action.*
- 37 Sed quid dicendum erit, si reus respondeat per verbum, quod non imponat affirmationem, sed credulitatem, dicendo, quod credit, vt allegatur per actorem, an inducatur confessio, Oliba. *de action. tom. 2. lib. 4. cap. 44. nu. 8.* asserit talem responsionem sibi præiudicare sicuti, si respondisset affirmatiuè, & in hac resolutione asserit, persistere speculatorem, *in tit. de testibus, par. 1. vers. item quod deposuit, num. 38. Azon. in sum. de interrog. in iure faciend. ver. illud queritur*
- 38 Sed quid dicendum erit, si per actorem allegatur reum extra iudicialiter, confessum fuisse debitum, cui dubitationi respondendū est, quod si confessio facta fuerit extra iudicialiter, præsentis parte, & duobus testibus, ipsiq; deponant de tali confessione, sufficiat ad illum condemnandum, *ex l. publica 26. §. fina. cum vulgatis,*

- gatis, ff. de pos. Fontan. decis. 258. num. 3. Putc. decis. 202. lib. 2. Cane. 3. tom. cap. 2. num. 248. vt ex latione, Baldo, & alijs, refert Surdus decis. 12. num. 1. & 2. Ludouisius decis. Perusin. 9. num. 16. noster Fontan. tom. 1. decis. 258. num. 26. & ex pluribus alijs à me relatis, in addit. ad prax. rub. 14. num. 112. & in rub. 27. à num. 170. & maximè, num. 176.
- 41 vbi expressè refero, quod si confessio extra iudicialis fuerit facta absente parte, coram testibus, & ipsi deponant de dicta confessione, facta absente parte, non poterunt Iudices ordinarij, ex tali confessione reum condemnare, iuxta plura à me relata in supra memoratis addit. ad prax.
- 42 In Magistratu verò Logiæ Maris, cum iudicent ex bono, & æquo: probata per duo testes confessione extra iudiciali, etiam parte absente, poterunt Consules reum condemnare, Marant. par. 4. distin. 9. & an Iudex sit comperens, assignetque rationem, quia de æquitate, canonica facit plenam probationem, Franciscus Aren. consil. 40. incipiente *Excellentissime*, & consil. 64. vol. 1. DD. in cap. si cautio de fide instrum. aserens valdè esse notanda, quia ipso iure,
- 43 quod causa tractatur in Logia Maris summaria est. Et non hoc, ex mea mente, sed ex Socin. conf. 65. col. fi. vol. 4. Maranta 4. par. distin. 9. num. 48. Marci. Anto. Bello. decis. 7. Rotæ Genuæ. num. 13. & decis. 9. num. 18. decis. 23. nu. 25. Fontan. tom. 1. decis. 239. nu. 16.
- 44 dicunt enim præcitati, quod omnes contractus, qui ibi deciduntur bonæ fidei iudicantur, ex l. Quintus Mutius, ff. mandati. & in hac resolutione persistit Oliba. de action. tom. 1. lib. 3. §. a Titonium autem, nu. 3. quia in his causis decidendis, non attenduntur apices iuris.
- 45 Sed quid dicendum erit, si confessio liberatoria facta fuerit absenti, dicendo, quod ille absens nil sibi debet, an postea citato illo prætenso debitore ipso apponente de illa confessione, extra iudiciali liberatoria, probata illa ipsi alleganti proficit hanc quaestionem, refert Cancer. 3. tom. cap. 7. à nu. 333. & licet in nu. 334. communem dicat negatiuam (salua tamen pace tanti viri,) vt in Consulatu Logiæ vbi æquitas, & veritas magis attenduntur, nullies dictum est affirmatiuam sequendam esse, ex fundamentis per dictum Cancer. relatis dict. n. 333. ex Gutier. de iuram. confir. pa. 1. cap. 14. nu. 7. & 8. Thezau. decis. 109. nu. 2. Bak. conf. 466. vol. 4. hoc tamen intellecto, quod confessio liberationis, rectè probata sit.
- 46 Sed quid si alter ex litigantibus alteri deferat iuramentum, quod

- quod iuret quid sit fiendum, & respondetur hoc casu Iudicem teneri facere, quod is cui delatum est iuramentum præstet asserendo, vel negando, non enim potest recusare, illud præstare iuxta *l. 1. C. de rebus creditis, & de iur. iuran. l. admonendi in fin. & ibi, Glos. ff. de iur. iuran.* alias enim ipso recusante præstare iuramentum, est
- 47 deferendum actori. *l. manifestè, ff. de iur. iurand.* nam si ipse iustam causam allegat, propter quam non teneatur iurare, tunc non tenebitur, quæ autem iusta sit causa arbitrio Iudicis relinquitur, referuntur tamen à Bartol. *in dict. l. manifestè turpitudinis, nu. 4.*
- 48 Notandum est, quando alter ex litigantibus iurat, debet ei prius iuramentum esse delatum, quia si iurauerit non delato, iuramentum nihil prodest, nisi quo ad damnum iurantis, alioquin facilimè quisq; ad iusiurandum decurreret, neminè sibi deferente, & ab obligationibus se liberaret, Oliba *de action. tom. 1. lib. 2.*
- 49 *I. item si quis, nu. 3.* & in continenti delato iuramento, debet præstare nisi petat modicum tempus, ad cogitandum ei concedatur, Oliba. *vbi supra, num. 18.*
- 50 Ad hoc autem, vt deferatur sex causas requiruntur, quas refert Maranta. *6. part. tit. difertur quandoq; iuramentum, à nu. 4.*
- 51 Fuit autem magna controuersia, an ad hoc, vt habet locum delatio iuramenti, debeat fieri in principio causæ, an verò possit in discursu controuersam opinionem, refert Maranta. *de ordin. iudic. 6. par. si autem producuntur testes, nu. 23.* vbi contrarias opiniones refert, quidem enim tenuerunt, quod iuramentum non potest deferri, nec tenetur reus iurare, si dato termino ad probandum, eo elapso protestatur per actorem, & quidam tenuerunt, quod post susceptum onus probandi, & elapsis terminis probationum, etiam deferri, vel reus iurare tenetur, hanc sequitur Decius, vt magis communem Boerius *decis. 95. nu. 4.* quam tenuit, & in facti contingentia esse iudicatum pro opinione Bartoli, scilicet quod possit deferri post omnes terminos datos ad probandum, vt si forsitan probauerit contrarium eius, quod actor dicebat, & ita seruandum dicit præcipuè in curia Mercatorum, vbi æquitatem inspicuntur, vt dictum est, sed quæri potest, an Iudex ex officio possit deferre iuramentum, hanc quæstionem tractat Gail. *obser. 108. resoluens, à nu. 3. & maximè nu. 6.* resoluens tenetur deferre, ex Saliceto. *in l. in bona fidei, nu. 9. de rebus creditis ponderando, verci. oportet. & ex cap. fin. I. sanè, & ex alijs relatis per dict. Gail. quia iudex*
- cuncta

cuncta debet rimari laborando iuxta, caput iudicantem 30. quest. 1. & in cap. cum causam, de testibus, l. iudices, C. de iudicijs, quia quo ad iudicem nunquam in causa concluditur, quousq; sententia est publicata, cum Ioanne, de fide instr. & ibi Glos. verb. postquam, similiter Felinus, ibidem nu. 12. idem in cap. cum dilectus, nu. 13. eod. tit. Gail. prac. lib. 1. obser. 107. nu. 59.

- 54 Sed quid casu quo actor detulit iuramentum reo, vel, è contra, ipseq; præstauerit falso, an possit agi contra ipsum, tanquam periurum, cui dubio responderetur posse agere ex periurio, quia ad probandum illud necessariò esset probandum debitum esse verum, & de nouo refricarentur merita iam fuerunt decisa per iuramentum, l. 1. C. de rebus creditis, & de iur. iuran. quia satis est, quod de iuramento falso Deum habeat ultorem, Oliba. de action. tom. 1. lib. 2. §. item si quis postulante, nu. 21. delato enim iuramento, & præstito non admittitur, is qui detulit ad probandum debitum, dict.
- 55 l. 1. nisi certis casibus, quos tradit Glosa Magna in dict. l. 1. verbo nisi specialiter referens diuersos casus in additionibus marginalibus in meo Codice, ex mente Baldi, quod poterit agi contra periurium si falsitas, ex instrumentis, probeur Maranta, verò in sua prax par. 6. tit. defertur aliquàdo iuramentum vult, quod non possit agi ciuilitè contra falso iurantem, posse tamen criminaliter agi, vt periurium puniatur, & hoc attestatur tenere Andream de Iferniam in cap. 1. §. similiter. vers. Sacramentum in fi. de concessione
- 56 rei feudalis, melius tamen meo videri hoc decidit Boerius, 2. tom. decis. 305. à nu. 4. constituens differentiam, an ex iuramento falso damnum publicum sequatur, vel non, si enim sequatur publicum damnum, tunc ad Fiscus procuratoris instantiam criminaliter ad punitionem agi poterit, si verò solum interesse est particulare, non poterit agere, neque instare Fiscum, quod agat criminaliter, quia tunc habet locum, quod, quo ad peccatum satis est, quod habeat Deum ultorem, quo verò ad partis interesse impureretur, sibi quod aduersarius remiserit decisionem suæ causæ.
- 57 Dubitari etiam potest an delato iuramento antequam præstetur, possit per partem deferentem pœniteri, huic dubio respondit Alinius in sua praxi §. 32. cap. 2. ampliat §. nu. 2. dicens, quod si conuentio facta fuerit inter partes, quod iuramento lis decidatur tali prouisione, non obstante antequam iuretur, potest reuocari, l. si quis ius iurandum, C. de rebus creditis, attestatur hanc opinio-
- 58 nem

- nem sequutū fuisse, Ferrarium *in sua praxi. Pap. in forma libelli actionis realis*, verbo, *et expensis presentis causa, n. 11.* in iudicio autem post delatum, & acceptatum iuramentum, non potest deferens pœnitere, nec reuocare, nisi iusta causa adsit, potest tamen pœniteri antequam sit acceptatum, quemadmodum potest ex causa ille, cui delatum est iuramentum nolle iurare, nec referre, Oliba. *de action. rom. 1. lib. 2. ff. item, si quis postulante, nu. 8.* refert causas ex quibus potest reuocari delatio iuramenti.
- 60 Si verò delato iuramento, delationem reuocauerit sub spe habendi probationes, & postea non habuerit, vel itaq; redire ad iuramenti delationem, non erit admittendus, ita Faquineus *lib. 1. controuer. cap. 20. ver. nec me mouet, sic intelligendo, tex. in l. delatum, C. de rebus creditis*: quia *in dict. l. si quis ius iurandum loquitur de eo, qui iusiurandum detulerat, & post sub spe probationum reuocauerat, volens iterum redire ad iuramenti delationem, tunc propter*
- 61 *inconstantiam illius, non admittitur noua delatio, quando verò tractatur de reuocatione delationis, debet esse delatio facta coram iudice, aliàs eo absente poterit, quando cumq; reuocari, Maranta 6. part. ver. refertur iuramentum, nu. 22.*
- 62 Solent etiam quandoq; iuramentum deferre in supplementum probationis, quod suppletorium appellatur, quia per illud suppletur defectus probationis, de quo Maranta *de ordine iudiciorum 6. par. iii. defertur aliquando iuramentum, quod solet deferri, quando adest vnicus testis, qui probet clarè factum iuxta ea, quæ tradit Mascard. de probat. conclus. 1229. nu. 8. cum sequentibus, vel quando ad sunt plures testes, qui iuncti solum faciunt vnica probationem, Mascard. ibidem, nu. 17. vel quando testis vnus deponit de veritate contractus, alius testis de adminiculo, alius testis de fama, nam isti tres non coniunguntur, sed requiritur iuramentum suppletorium, Mascard. ibidem, nu. 35. assignans rationem, nu. 26. dicens, quod ad coniungendas probationes debet vnaquæq; de per se esse perfecta, vt ex l. 1. ff. in tutela, ff. de tutelis, & ration. distraben. sequitur Baldus, in l. si quis, ex argentarijs, ff. 1. ff. de edendo, Abbas. in cap. cum causam, col. si. ver. idem videtur de probat. plures relati per dictum Mascard. ad nu. 36.*
- 63 Hoc autem iuramentum suppletorium, etiam in causis magnæ quantitatis solet deferri, ex decisione nostri Regi suprami Senatu, vt refert Michael Ferrer *3. pars. obseru. cap. 392.* & non solum
- defertur

deficitur ad partis instantiam, sed etiam per Iudicem, ex suo officio nobili idem Ferrer 3. part. cap. 391. licet enim videatur, non esse ex officio Iudicis, concedendum iuramentum suppletorium, nisi quando imploratur, iuxta tradita per Oliba, de actionibus, tom. 2. lib. 1. cap. 14. à nu. 33. sunt tamen casus in quibus Iudex illud impartitur, ex se, ut refert idem Oliba, dict. cap. à nu. 34. vsque ad 41. don Ludouic. à Peguer. tom. 2. decis. 21. per tot. vbi attestatur, quod iuramenti delatio censetur petita per partē si fuerit petitorium iustitiam, omni meliori modo ministrari, licet de iuramento nulla fuerit facta mentio.

69 Quod autem dictum est, quod vnico teste plenè deponente de facto, non coniungantur præsumptiones rerum existimo, in puncto Iuris: in Curia verò Mercatorum, qualis est noster Magistratus, existimo vnicum testem sufficere, cum vnico teste præsumptionis coniungantur, si adsit ad faciendam plenam probationem, iuxta tradita per Crauet. cons. 35. nu. 6. Abbas. in cap. cum causam, col. fi. de probat. alijs relatis per Mascard. dict. conclus. à nu. 9. Stephan. Gracian. decis. 36. Rotta Marchiæ à nu. 12. & 14. vbi asserit, quod in quacumque parte iudicij potest deferri iuramentum, vbi inspicitur sola facti veritas, & maximè in causis summarijs, quales sunt, quæ tractantur in nostro Magistratu, retuli larga commentatione in addit. ad praxi. rub. 14. de dilationibus, à num. 80. lit. G. sequitur Seraphinus, de priuileg. iuramen. cap. 33. nu. 195. in fin.

70 quia iuramentum suppletorium potius fuit introductum de æquitate, quam de rigore, ut ex Baldo in rubric. de controuer. inuestitu in princ. ver. istud autem refert dictus Gracian. dict. decis. 36. nu. 14. expressè hoc attestatur Maranta. 6. part. tit. desertur aliquando, nu. 12.

72 Qui plura videre cupiat de hac materia, recurat ad Faquineū, controuer. iuris lib. 1. cap. 19. cum sequen. non enim hic referenda sunt omnia, sed solum ea quæ frequentiora possunt esse in causis verbalibus nostri Magistratus, iuxta tex. in l. nam, & ea. ff. de legibus.

83 Petrus, debet Ioanni centum libras, ad quarum solutionem dictus Petrus dedit litteras, Bartholomeo, ut dictas centum libras quas dictus Bartholomeus debebat dicto Petro, solueret dicto Ioanni, dictus Ioannes acceptis dictis litteris, accessit ad dictum Bartholomeum, eisdemque obtulit dictas litteras, quas sibi Petrus dederat illas quæ detinuit, pœnes se dictus Bartholomeus nil contradicendo ponamus, quod hæc quæstio proponitur

coram Magnificis Cōsulibus, quæritur probata traditione dictarum litterarum dicto Bartholomeo, & non contradicente, an ex dicta acceptatione litterarum, & non contradictione indicatur, confessio dicti debiti contra dictum Bartholomeum, & sufficiat ad illum condemnandum, R. quod sic ex traditis per Canc. tom. 1. variar. cap. 22. num. 19. ex Bartulo. in l. quo enim. §. 1. ff. rem. rabaue. Ias. in l. quem dotis. num. 92. ff. solut. mari. & in repetitione, l. admonendi. nu. 42. Fontan. vbi dicit, quod qui accipit epistolam, & retinet simpliciter censetur, fateri in ea contenta esse, vera allegat, l. si filius. ff. ad Macedo. Clementi. s. de Procura. l. cum tabernar. §. idem quasiuit, & ibi Bar. ff. de pig. ex quibus refert Canc. quod dicebat Ias. dict. nu. 142. quod erat admirabilis modus extorquendi confessionem aduersarij, si præsentatio litterarum facta sit coram testibus, allegat etiam dictus Canc. Mathesila. notabili. 22. videndus etiam Menoch. de præs. lib. 3. præs. 65. vbi latè hanc materiam tractat, & iuxta hanc resolutionem refert Canc. sententiam latam in supræmo Coronæ Aragonum consilio; confirmatoriam alterius, latæ in Regia Audientia Regni Valentia, in quibus, tam in prima instantia, quàm in causa appellationis, fuit declaratum die 19. Nouembris 1590. quod ex quo Ioannes Mata acceptauerat litteras, ad soluendum Michaeli Camarena puras, & sine cōditione pœnes se retinuisse, à die 24. Martij vsque ad diem 28. eiusdem mensis, ex quo censetur approbasse dictas litteras, fuit condemnatus dictus Mata, ad soluendum dicto Michaeli Camarena quantitatem in dictis litteris expressam.

75

Pro coronide huius capituli est aduertendum, quod licet in cap. 19. libri Consularis, quod legitur fol. 3. statutum fuisset, quod nullus condemnaretur in expensis in prima instantia in illis verbis. Los Consols en lo primer plet, ço es en plet principal no. condempnen nengu en les misscons de dit plet, extat postea priuilegium Serenissimi Regis Ioannis. Dat. Barcinonæ, die 7. Iulij 1460. quod legitur in dicto libro priuilegiorum Logiæ, à fol. 77. pag. 2. & in fol. 79. pag. 2. est capitulum sequens. Item, com per estyl de Consolat sie estatuyt, que en la primera instancia ningu no sie condempnat en las despeses, ara de neu sia per vostra Magestat atorgat à dits Consols, que no obstant dit estyl, ò capitol, los dits Consols en les causes, è plets principals, si ho trobaràn de consell puxen la part saccumbent en les dites despeses condempnats, fuit confirmatum ex contractu.

76

Pro coronide huius capituli referam casum (cui quotidianus pro-

test

test esse,) quem refert Cancer. *variar. resolu. cap. 6. de solutionibus, 2 num. 5.* videlicet casu quo aliquis debitor sit, ponamus in quantitate centú librarum, quas confessus fuit se debere, postea creditor confessus fuit chirographo manu sua scripto, seu publica scriptura, quod recepit decem, aut viginti ad complementum dictorum cētum: num ex tali confessione censetur probata solutio quo ad centum; cui dubio respondet Munyos de Scobar, *de ratiocinijs cap. 37. nu. 3.* dicens, solutionem integram de dictis centum factam fuisse, ex Glofa. *in l. ex pluribus, ff. de solutionibus:* ibi in Glofa verbo *reliquam*, & hanc sententiam verissimam asserit Paulus de Castro, *in l. 2. nu. 3. vers. sed quaro, C. de heredibus instituendis*, & ibi Alexander, *nu. 4.* plures pro hac sententia adducit Decius, *in l. creditori. nu. 6. & 7. C. de pactis*, pluribus alijs refert dictus Scobar dicto loco, dicens in praxi, quod si quis in iudicio petierit partem quantitatis pro residuo, etiam si constat de maiori quantitate, non poterit condemnari, nisi in residuo petito, etiá si constaret maiorem quantitatem debitam fuisse, & pro hac opinione iudicasse Senatum Genuen. *decis. 26. nu. 20.*

78 Non minus frequens poterit esse casus, qui hic refertur in Consulatu, est igitur sequens. Petrus confessus fuit se recepisse ab Andrea centum libras, ad complementum quingentarum librarum, quas confessus erat recepisse per manus Ioannis, dictus Ioannes voluit repetere dictas centum libras ab Andrea, asserens dictus Ioannes se soluisse ex sua pecunia, pro dicta Andrea, Andreas verò prætendit, quod ipsa dicto Ioanni dederat de suo, nullæ aliæ probationes existebant; dubium extitit, an dicta pecunia præsumatur soluta de proprijs Andrea, an verò de pecunia Ioannis volentis repetere, quod dubium ex doctrina Saliceti, & aliorum allegatorum per Stephanum Bertrandum, *conf. 282. nu. 2. vol. 2.* Hieronymo Magonio, *decis. Florent. 43. nu. 14.* refert, & sequitur Cancer. *2. tom. cap. 6. de solutionibus, nu. 7.* dicens, quod pecunia non censetur Ioannis, sed ipsius Andrea pro quo solutum est, cui me libenter subscribo.



De exceptionibus.

S V M M A R I V M.

- E**Xceptiones ad quid fuerint inuenta. num. 1.
EXceptio fori declinatoria, est primò proponenda. num. 2.
 Exceptio fori declinatoria, quotuplex sit. num. 3.
 Subditus, quot modis dicatur. num. 4.
 Contumax in exceptionibus proponendis, condemnatur in expensis. num. 5.
 Clericus non proponens fori declinatoriam suo tempore in consulatu condemnatur in expensis. num. 6.
 Expensarū condemnatio in Consulatu, qualiter exequatur contra Clericum. num. 7.
 Exceptio fori declinatoria, qualiter consideretur. num. 8.
 Iudex quando censeatur approbatus à reo. num. 9.
 Exceptio declinatoria, quando sit opponenda. num. 9.
 Exceptio fori declinatoria respicit non solum incompetentiam Iudicis, sed incapacitatem. num. 10.
 Clericus non potest comparere coram Iudice layco. num. 11.
 Clericus potest exceptionem capacitatis Iudicis in quacumque parte iudicij ponere. num. 12.
 Exceptio fori declinatoria, etiam per Vniuersitatem opponi potest. num. 13.
 Exceptio fori declinatoria est personalis, nec transit ad heredem. num. 14.
 Exceptio fori declinatoria, ante omnia est declaranda. num. 15.
 Tempora probatoria dormiunt durante declaratione exceptionis fori declinatoria. num. 16.
 Exceptio recusationis, quando sit proponenda. num. 17.
 Iudex quando censeatur approbatus. num. 18.
 Recusari, an possit alter ex Magnificis Consulibus, & qualiter. num. 19.
 Exceptio suspicionis, qualis sit. num. 20.
 Exceptio suspicionis, quando possit opponi. num. 21.
 Exceptio suspicionis habet locum, ubi non habet locum in competentia. num. 22.
 Actus necessarius non inducit consensum. num. 23.
 Consensus non inducitur ex actu necessario. num. 23.
 Exceptio recusationis habet locum, quando de ea habetur scientia. num. 24.
 Scientia exceptionis, quando presumatur, & probetur ab allegante. num. 25.
 Recusatus Iudex, an subito debeat se abstinere. num. 26.
 Abstinere se, an debeat Iudex statim recusatus. num. 26.

Recusari Iudices ex quibus causis possint. num. 27.

Suspicionum causa qualiter probentur. num. 28.

Exceptio litis pendentiæ, quando proponenda. num. 29.

Exceptio litis pendentiæ, quando locum habeat. num. 30.

Contestatio litis, quando dicatur facta. num. 31.

Exceptio litis pendentiæ non habet locum in causis executivis. num. 32.

*Exceptio litis pendentiæ non habet locum, si citatus in causa in ea non com-
paruerit. num. 33.*

C A P. X.

CVM facta citatione ille qui citatus est vult iudicium effu-
gere tenetur exceptionem fori declinatoriã opponere; quia
aut simpliciter comparendo censetur iudicium approbare, & in
Iudicem consentire, aut propter retardatam exceptionem veniat
talis reus in expensis condemnandus. Turbato ordine, & metho-
do fuit hæc materia, sicut in *cap. 6. dict. lib. Consulariũs*, cum rectò or-
dine seruato tractanda esset inmediate, post *cap. 2. vbi incipit mo-
dus causarum* dicens primum principium esse citationem, & sic
ante tractatum causarum verbalium, quæ in scriptis rediguntur,
optimam methodum sequens, de ea tractare decreui. Et igitur
fori declinatoria exceptio, non approbare Iudicem, aut iudicium
eo quod reus non sit sui fori, aut iurisdictionis cum ei non sit sub-
ditus, nec ratione originis, nec domicilij, neque contractus, ne-
que delicti isti enim sunt modi, ex quibus iurisdictione in Iudice
radicatur, & sic ante omnia citatus debet illam proponere, ita
attestatur *Marta. de iurisdic. par. 4. centur. 1. nu. 2. Riccius collecta. 179.
par. 4. Fontan. tom. 1. decis. 17. nu. 3. Franciscus Ferrer ad Constitutio-
nem, los impubers, glos. 3. num. 48. retuli variar. mearum, cap. 4. num.
16. alias enim si illam suo loco, & tempore pro retardata oppo-
sitione venit in expensis condemnandus, ex disposit cap. exceptio-
nem 12. §. quod si extra de excep. Oliba. de iur. Fisci. cap. 12. nu. 20. Couar.
de practi. cap. 33. num. 2. verbo Clericus, verò Asinius in sua praxi. §.
32. ampli. 61. num. 1. don Hieronymus de Leo. decis. Valen. 141. nu. 1.
Michael Ferrer, 3. parte obser. cap. 91.*

Aduerte tamen quod si reus sit Clericus, & ob dictam causam
veniat condemnandus in expensis Magnifici Consules, illum cõ-
demnabunt, & illas ratxabunt, executio verò fienda est per Cu-
riam

- 7 riam Ecclesiasticam ad requisitionem Curie secularis, *Cancer. lib. 2. cap. 2. nu. 139. retuli in addit. ad prax. rub. 19. nu. 19.*
- 8 Hæc autem exceptio fori declinatoria, aut ex incompetencia ordinaria, ex defectu iurisdictionis Iudicis in eum, qui est citatus, videlicet si militans persona, aut illius privilegio gaudens, citaretur coram Baiulo ordinario, quia cum Baiuli in Cathalonia sint Iudices ordinarij plebeiorum, & non militarium, si forsan coram illis citetur militaris, & non opposuerit exceptionem fori declinatoriam, valebit iudicium coram Baiulo agitatum, quia de iure comparens, habens dictam exceptionem, eam non opponens, approbat totaliter Iudicem adeo, ut amplius ab eo declinare non possit, *l. sed & si susceperit in prin. ff. de iudicijs, l. si. C. de exceptionibus, l. peremptorias, cum ibi notat, C. sententia, rescindi non posse Martia. de iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 36. nu. 1. C. 2.*
- 9 Si verò exceptio fori declinatoria respiciat non solum in competentiam iudicis, sed incapacitatem, qualis est Iudicis layci contra Clericum, cum Clericus non possit in Iudicem laycum iurisdictionem prorogare Clericus coram eo citatus, non solum ante litis contestationem, poterit exceptionem prædictam opponere, sed etiam in quacumque iudicij parte, etiam & post sententiam latam, *Couar. quest. prac. cap. 25. nu. 3. C. 4. Fonta. tom. 2. decis. 376. nu. 10. Cancer. tom. 2. cap. 2. num. 153. tradidi var. cap. 1. nu. 213.* quia Clericus non potest se voluntarie iudici seculari subiacere, tanquam incapaci, si verò Clericus retardauerit talem exceptionem opponere, in expensis condemnabitur, ut supradictum est.
- 10 Hæc autem exceptio declinatoria fori, non potest solum opponi per aliquem particularem, sed etiam per Vniuersitatem, seu Collegium, seu Confratriam, ut ex don Ludonic. à Peguer. & ex obseruan. nostri Regij supremi Senatus, relata per Michaellem Ferrer, retuli *variar. mear. cap. 4. nu. 19.*
- 11 Similiter hæc exceptio fori declinatoria adeo personalis est, quod neque ad hæredem vniuersalem transeat, inde si (ponamus casum,) miles hæredem vniuersalem suum plebeyum instituerit, iste non poterit se iuuare exceptione incompetencie defuncto competenti, *Fonta. de pactis tom. 2. clau. 7. glos. 3. part. 2. nu. 24. Afflictis decis. 74. & alij per dictum Fontan. allegati.*
- 12 Et ante omnia tenetur Iudex super ea declarare, non enim post illam ad definitiuam sententiam declarationem illius reservare,

Cancer. *variār. 1. cap. 18. nu. 41.* adeo quod si non declarat, potest à taciturnitate appellare, Azeuedo *ad ll. Regias, cap. 4. tit. 5. lib. 1. nu. 22.* Ramon *consil. 38. nu. 8.* Cane. *par. 3. cap. 17. nu. 10. & nu. 539.*

16 Ulterius est aduertendum, quod opposita hac exceptione interim, dum super ea non declaratur omnia tempora dormiunt, iuxta Glosa, & Doctores *in l. exceptionem, C. de probat. l. Pomponius, §. titè. ff. de procurat. Socin. conf. 32. vol. 1.*

Quod autem dictum est de exceptione fori declinatoria, quod antem omnia sit proponenda alias, quod censetur in Iudicem
 17 concensisse, idem dicendum erit de exceptione recusantis iudicis suspecti, quia hæc similiter statim in initio causæ est proponenda, alias censetur Iudicem, licet suspectum approbasse, Specula. *in*
 18 *tit. de suspicio. §. sit autem. nu. 3.* Paris *cons. 31. nu. 94. lib. 1. l. id eo. ff. de condit. Furtiu. Minsing. cent. 4. obser. 59.* Roma. *singular. 145. ex l.*
 19 *hos accusare, §. hoc etiam beneficio, ff. de accusat. & ibi Bart. ex quibus resoluitur, quod si alius ex Magnificis Consulibus fuerit tanquam suspectus recusatus non poterit in causa interuenire, & hoc casu*
 20 *superstis Consulum Proceribus associatis causam decedit. Hæc autem exceptio suspitionis adeo priuilegiata est, quod etiã si fue-*
 21 *rit declaratum super exceptione opposita in competentia Iudicis non habere locum, adhuc poterit opponi exceptio suspitionis,*
 22 *quia exceptio incompetentia est necessaria, & diuersa sic ab exceptione suspitionis, l. non videtur, ff. de iudicijs, & sic actus neces-*
 23 *sarius non inducit concensum in Iudicem, in cap. cum speciali. nu. 2. in fi. de appellat. sequitur Specula. in tit. de recusation. §. sic autem in fin. Felinus in cap. inter monasterium, nu. 4. de re iudicata.*

24 Si autem tempore quo causa fuit introducta, fuerit in sciis causa recusationis, & postea ad eius notitiam peruenerit in quacũqs parte causæ poterit illam proponere, Maranta. *de ordino iudici. 6. parti. distinc. 9.* quia facultas illa opponendi solum competit, à die scientiæ Glos. *in l. error, C. de iuris, & fact. ignoran. & ibi Iazon, nu. 6.* Bartol. & alij, Decius *in cap. pastoralis, nu. 15. & ibi Felin. nu. 20. de excep. Couar. pract. quæst. cap. 26. nu. 2.* Assin. *in sua prax. §. 13. limit. 4. cap. 1. nu. 4. & sub limit. 3. nu. 1.*

25 Quomodo verò constabit de noua notitia, hoc dubium ex iuramento partis, resoluendum esse aserunt Innocen. & Alex. *in l. 2. ff. solut. maeri.* Angel. *in l. nemo carcerem, C. de exacto tributo,* Anto. Gabriel. *commun. opinio. 112. de iudicijs, conclu. vit. nu. 9.* Assin. *in sua prax.*

praxi. §. 13. cap. 2. num. 5. limit. 4.

- 26 Recusato autem Iudice debet se abstinere à causæ cognitione, quoad vsq; fuerit declaratum super recusatione, etsi forsan non expectata declaratione Iudex ad vltiora processerit, & ad sententiam inclusivè, omnia procedimenta adhuc, & dicta sententia nulla declaratur, & sic respondet Decius *in cap. speciali de appel. nu. 9.* & ita decisum in nostro Regio supræmo Senatu, retuli *in meis varijs cap. 2. nu. 185.*
- 27 Causæ autem ex quibus Iudices recusare possunt, refero *in dict. cap. 2. var. per tot.* vbi resolutivè plura tradidi, qui latè hanc suspicionem materiam videre cupiat, legat Hieronymum Laurentium in suo integro libro, *de Iudice suspecto*, videat Fontan. *in suis decis. tom. 2. decis. 430. nu. 17.* Asserens Principem statuto non posse prohibere hanc suspicionis exceptionem, vide eiusdem Fontan. *10. 1. à decis. 1. vsque 30. inclusivè*, in quibus omnibus omnem suspicionis materiam, ex agitat tam quo ad causas omnes recusationis, quàm probationem earum, & cæteras circumstantias, hic enim non sunt transcribenda omnia, nec institutum magnificorum, fuit aliud quam frequentiorum ad quotidianam causarum decisionem resolutiones habere.
- 28 Solent etiam rei citati aliam exceptionem opponere, videlicet de littis pendentia, quæ intra triduum est iustificanda.
- 29 Quando autem dicatur habere locum littis pendentia, vera resolutio est, quod per citationem præsentatam littis pendentia dicitur, licet non fuerit reproducta, ex Socin. *in rub. cap. de in ius vocando, nu. 2.* hanc resolutionem tradit Cancer. *3. par. var. cap. 16. nu. 112.* Maranta. *iii. vi. rectè concipiatur citatio, nu. 71.* confirmans ex Cleme. *1. vt litte pendente Farina. tom. 1. decis. 627. nu. 2.* Gracia. *de beneficijs par. 6. cap. 2. dubio 11. et n. 213.* prædicta autè locum habent vbi Constitutiones non servantur in ritu veluti Curijs ordinario-
- 30 rum, qualis est noster Magistratus; vbi enim Constitutiones servantur primus actus, qui fit in iudicio post causæ introductionem habetur pro littis contestatione, Anton. Oliba. *de action. 10. 1. lib. 3. nu. 23. et 24.* idem sentit Maranta. *de ordine iudicior. iii. de littis contestatione, nu. 2.*
- 31 Prædicta autem exceptio littis pendentia non habet locum, vbi executivè proceditur, Iason. *conf. 9. nu. 2. vol. 2. Caval. decis. 1. nu. 15. part. 1.* Bech. *conf. 17. num. 3.* Gracia. *discep. Forens. cap. 118. num. 44.*
- 32 Ianselo.

- Lancellot. *de attenta. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 50.* Capi. *decis. 13. num.*
 Giurba *decis. 100. nu. 16.* Gratia. *cap. 875. num. 36.* Seraphin. *de privilegijs*
iuramenti priuil. 77. num. 81. Marra *de iurisdic. par. 4. cent. 2. cas. 177. num. 9.*
 33 Neque habet locum, neque allegari poterit à reo citato in
 vna causa si in ea non comparuerit, & postea in alia citetur, quia
 in pœnam comparendi amittit beneficium dictæ exceptionis,
 Bartol. *in l. vbi ceptum C. de iudicijs*, Alex. & alij quos refert Maranta
par. 6. num. 2. de contumacia num. 26. Camil Borrel. *in summa omnium de-*
cisionum tit. 42. num. 26. & ex eo Barbosa *in collecta. ad cap. pastoralis 4. de*
exceptionibus retuli in addit. ad prax. rub. 9. num. 36.

De Iuramento calumniæ.

S V M M A R I V M.

- Iuramentum calumnia in Consulatu Logiæ est præstandum. num. 1.*
Iuramentum calumnia, quando præstandum in Consulatu. num. 2.
Iuramentum calumnia quot capita contineat. num. 3.
Iuramentum calumnia per quos præstabatur. num. 4.
Iuramentum calumnia quibus personis remittatur. num. 5.
Iuramentum calumnia ferè indesuetudinem habijt. num. 6.
Iuramentum calumnia in Cathalonia ferè non obseruatur. num. 7.
Iuramentum calumnia, an contineatur quando qui obtulit articulos illos ad-
uerat. num. 8.

C A P. XI.

- 1 **I**N hoc capite 8. ordinationum quod legitur fol. 2. disponitur
 quod præstetur iuramentum calumniæ iuxta illa verba: *deu es-*
ser fet sacrament de la calumnia, è de veritat à dir per les ditas pars, quod
 2 iuramentū statuitur, quod præstetur facta petitione, & respõsione
 de hoc iuramento meminit, Oliba *de action. tom. 2. lib. 1. cap. 14. nu. 16.*
circa medium, et tom. 1. lib. 3. §. item si quis postulante num. 2. et 6. Fontan.
 3 *tom. 1. decis. 18. à num. 5.* quod iuramentum diuersa capita continet
 videlicet quod pars credat se iustam causam litigandi habere,
 quod veritatem dicet, quod non vtetur falsis testibus, seu scrip-
 turis, quod non corrumpat Iudicem, seu Scribam, quod non pe-

- ter dilationes voluntarias, & intempestivas, vt attestatur Marta 6. par. tit. de iuramento nu. 10. ex Speculatore in iur. de iuramento calum. §.
- 4 nunc dicamus in princ. Bartol. in aucten. principales C. de iure iuran. quod quidem iuramentum præstatur, tam per actorem, quam reum cap. cum causam in fin. de iurament. calumn. cap. dictum lo segon de elect. refert Oliba de actron. tom. 1. lib. 3. §. item si quis num. 1. ver. iurat autem 1.
- 5 vbi num. 2. refert personas quibus remittebatur huius iuramenti præstatio pœnes quem videre poterit si quis cupidus desideret sufficit enim hic ea quæ referuntur cum ex resolutione apparebit nullius esse considerationis hodierna die, quod quidem iuramentum antiquitus necessarium reputabatur nunc verò iam hominum veritas, & rectitudo maximè in veritate tractanda labefactata est, quod de tempore Baldi, vt ipse testatur in l. si potest C. de euid. tale iuramentum non æstimatur vno obolo, quia facti sunt homines contemptores Deo, quod idem refert Fontanel. d. decis.
- 7 18. num. 7. vnde vix in Cathalonia de hoc iuramento mentio fit in causarum introductione solent tamen quandoque scribæ causarum quando vtraq; pars eis præsentat suos articulos dicere, quod iam illos aduerant quando offerunt, Fontanel. d. decis. 18. num. 5. sed veritas est, quod nec per scribam specificantur verificantur qualitates iuramenti, nec quid contineant, nec qui iurat est conscius de prædictis, quod antiquitus erat in maxima consideratione, ex l. 1. in princ. C. de iure iuran. Fontanel. d. decis. num. 7. ex his resolutio est, quod præstatio huius iuramenti calumniæ in principio causæ, tam respectu actoris, quam rei in Cathalonia in desuetudinem abiit.

De Reconuentione.

S V M M A R I U M.

Reconuentio, quando fienda. num. 1.

Iurare, quando teneatur actor. num. 2.

Intima, quando fienda. num. 3.

Publicatio testium, an sit petenda. num. 4.

Reconuentio, quando fiat in causis summarijs. num. 5.

Sententia rei sunt, quot capita scripta, num. 6.

Reconuentionis causa simul est declaranda cum principali. num. 7.

Reconuentio, an habeat locum in Consulatu. num. 8.

Clericus, an possit reconueniri coram Consulibus. num. 9.

Clerici, quando subiaceant iurisdictioni seculari. num. 10.

Reconuentio, quando locum habeat. num. 11.

Reconuentio, an habeat locum in causis summarijs. num. 12.

Reconuentio, an habeat locum in causis executiuis. num. 13.

Reconuentio, an locum habeat ex beneficio restitutionis in integrum. num. 14.

Restitutio in integrum, an proffit ad reconuentionem faciendam. num. 14.

Renuntiare quando possit actor causæ ad fugiendam reconuentionem. num. 15.

Reconuentione nolente respondere qualiter procedendum. num. 16.

CAP. XII.

IN dicto capite 8 postquam disposuit circa petitionem actoris, & responsionem rei (quod de responsione simplici est intelligendum confitendo, vel negando) seu reconuentione disponit dictum caput, quod actor teneatur dictæ reconuentioni respondere quibus verbaliter factis per notarium in scriptis rediguntur, & per Magnificos Consules solet dilatio decem dierum concedi partibus communem pro prima dilatione qua finita si respectiuè per partes fuerint petitæ aliæ dilationes possunt eis aliæ tres concedi ultra primam dummodo pars quæ dilationem petit iuret de calumnia videlicet, quod non petit illâ animo litis differendæ, vel cautelosè quas dilationes poterût dicti Magnifici Consules cōcedere ad eorum arbitriû, dummodo non excedant omnes terminum quadraginta dierum, sed habito respectu ad qualitatem causæ numerum testium, & ad distantiam eorum si foris existunt, & compulsorijs litteris testes sunt recipiendi debet tamen vnaquæque dilatio quando conceditur intimari parti aduersæ si voluerit videre iuramenti præstationem fiendam per testes ministrandos. Ipso verò (notificata dicta dilatione) non comparente recipiantur testes quibus receptis per partem, aut per ambas petitur assignari diem certam ad eorum publicationem, & per Magnificos Consules assignatur certa dies in qua per partes petitur, quod habitis testibus pro publicatis assignetur dies certa cum sequentium continuatione, seu ad sententiam proferendam, & fit assignatio per Magnificos Consules.

Duo puncta hic obseruari disponitur, primum de reconuentione fienda, secundum de dilationibus concedendis, & testibus recipiendis, circa hæc duo dubia referam resolutiue quæstionum frequentiorum, vt facilius decidi possint.

- 5 In istis causis verbalibus incontinenti post factam petitionem potest fieri reconuentionio, vel saltem intra tres dies post licem contestatam, licet non sit rejicienda si deducatur antequam sit conclusum in causa, & super ea teneretur Iudex declarare eadem sententia quæ declarat causam principalem, secundum Bartol. *in aucten. & consequenter C. de sententijs*, nam licet dicatur quod sunt capita tot sunt sententiæ, tamen supra dictum intelligendum est vnica sententia hoc est vnica scriptura, iuxta tradita per Abbat. *in cap. 1. col. 3. de mutuis petition. Oliba de action. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 17. Minsing. centur. 5. obser. 10. Cancer. tom. 1. var. cap. 21. no. 67. ver. Sumpsum,*
- 6 cum sequentibus vbi latè tractat quando causæ conuentionis, & reconuentionis sint simul tractandæ *Speculat. in tit. de reconuent. §. videndum. Retuli var. in addit. ad prax rub. 11. de litis contest. num. 3.*
- 7 Nec est dubitandum quod reconuentionio habeat locum coram Magnificis Consulibus, cum ipsi sint Iudices principales causæ mercantilis de iure enim reconuentionio fienda est coram Iudice causæ principalis, *Minsing. cent. 4. obser. 90. Maranta 4. par. distinct. 6. num. 15. Cardoso in prac. iudicial. verb. reconuentionio num. 5. Fontanel. tom. 2. decis. 340. num. 7. infinitis auctoribus à me allegatis in addit. ad prax. rub. 11. à num. 16.*
- 8 Sed quid dicendum erit de clerico citato coram Consulibus pro negociatione ei prohibita cum licitum sit conueniri coram Iudice seculari pro negociatione, cum prohibita sit negociatio
- 9 ipsis clericis, & in pœnam eorum fit quod possint coram seculari conueniri, vt ex Auforedio *in tract. de potest. seculari super Ecclesiast. person. reg. 2. fol. 33. ex Paul. de Castro in l. fin. num. 47. C. de iurisdic. omn. iudic. & declaratione facta per Admodum Reuerendum Cancellarium, vt attestatur Michael Ferrer 3. par. obser. cap. 220. retuli var. resolut. cap. 11. num. 505. quo præsupposito dato, quod Clericus conueniatur ratione negociationis coram Iudice seculari possit reconueniri coram eodem hanc quæstionem tetigi, & longo calamo*
- 10 tractaui *var. resolut. cap. 1. de iurisdic. à num. 119. cum sequentibus, resolutiue dicens, quod si causa reconuentionis est separata, & diuersa à petitione tunc non poterit admitti reconuentionio si autem est*
- 11 de

de eadem materia locus esset reconuentioni Anton. Thesau. *lib. 1. quest. frequen. quest. 98. in fin.* si cupis plura videre recurre ad me tradita *d. cap. 1. var. Can. var. 10. 1. cap. 21. à nu. 69. cum seq. & num. 71.*

12 Sed quæri potest cum causæ quæ ordinariæ tractantur in Consulatu Logiæ sint summariæ, an in eis admittatur reconuentionio. Huic dubio fædere distinctionis respondeo, quod aut res cuius respectu fit reconuentionio est talis naturæ, quod eius decisio possit expediri eisdem terminis quibus causa principalis tunc est admittenda, & in hac opinione est Bartol. & Doctores in *l. 1. C. vbi status causa.* Maranta *de ordin. iudicior. par. 4. distinc. 6. num. 38. retuli var. resolut. mearum cap. 4. num. 75.* quod insinuare videtur Fontan. *de pact. nup. tom. 2. claus. 8. glos. vnica par. vnica num. 12.* referens sic fuisse decisum diuersis decisionibus per nostrum Supremum Regium Conciliū.

13 Si autem agatur in Consulatu Logiæ maris de causa quæ executionem paratam habeat reconuentionio non est admittenda, ut tradit Ioan. Gutier. *prac. quest. lib. 1. cap. 112. per totum,* nisi iam reconuentionio fieret ex causa instrumenti guarentigii habētis promptā executionem: quia tunc reconuentionio admittenda est Gutier. *ibidem num. 3.* faciunt tradita per Fontan. *de pact. nup. tom. 1. claus. 3. glos. 2. num. 54.* Messillo *tom. 1. decis. 40. num. 6.* Canc. *var. tom. 1. cap. 13. num. 40.* Socinus *conf. 41. nu. 6. & 9. lib. 1.*

14 Sed quid dicendū si lapsum sit tempus ad reconueniendum, & implorat quis restitutionem in integrum aduersus lapsum tēpus ad reconuentionem proponendam hanc quæstionem resoluit ex mente Senatus *decis. à me relata var. cap. 40. num. 56.* negatiue, quia cū ex dicta reconuentione omissa non concideretur lætio magna nō datur restitutio, ex Bal. Felin. Capis. Couar. & ex alijs à me relatis dicto loco, & ex Afflictis *decis. 173. retuli d. loco.* vbi cum pluribus numeris sequentibus multa de reconuentione retuli.

15 Sed quæri potest, an intentata causa coram Magnificis Consulibus de re mercantili videlicet in parua quantitate respiciens actor reconuentionem factam forem sibi magni periudicij possit ipse actor renuntiare introductioni dictæ causæ ad fugiendā cognitionem, & decisionem dictæ reconuentionis, quod multoties potest euenire, quod dubium decisum retuli *var. mear. d. cap. 4. num. 71. dicens,* quod aut reconuentionio est iam deducta in iudicio aut non, si est deducta potest actor à lite ceptā recedere si autem deducta est reconuentionio in iudicio non poterit actor causæ renuntiare,

riare, ita censuit Speculator in tit. de reconuentione §. si ex l. si post mortem §. fin. ff. de honor. possession. contra tabul. lafon, & Doctores in l. 3. in prin. ff. quod quisq; iuris Bald. in l. petenda C. de tempore in integrum restit. Maranta ad ordin. iudicior. par. 4. distinct. 6. num. 17.

- 16 Sed quid dicendum, si actor nolit respondere reconuentioni cui dubio respondendum est, actorem non esse audiendum, nec in eius causa ad vltiora procedendum, Maranta par. 4. distinct. 6. num. 9. asserens hoc idem sentire Speculator de reconuent. §. fere plures referens ex cap. 1. & 2. de mutui petitione, idem Speculator §. dicto. ver. sed quid si actor.

De dilationibus, & testibus recipiēdis.

S V M M A R I V M.

- C**ausa summaria dilationibus arbitrarijs declarantur. num. 1.
 Dilationibus statutarijs non prefixis arbitrarias Iudex concedit. num. 2.
 Dilationes quor, & quales dentur in Consulatu. num. 3.
 Dilatio concessa non currit nisi à die intimæ. num. 4.
 Dilationes statutarias an possint à Iudice abreniari, vel prorrogari. num. 5.
 Dilationes statutariae quando currant. num. 6.
 Probationes in causis summarijs quales requirantur. num. 7.
 Causa summaria proprie qua dicantur. num. 8.
 Testibus receptis lapsa dilatione quando valeant. num. 9.
 Testes citati intra dilationem, & recepti extra an valeant. num. 10.
 Dilatio extraordinaria, an detur minori, & quando. num. 11.
 Dilatio non datur vbi maliciosè petitur.
 Testes quando sunt de recessu qualiter recipiantur. num. 13.
 Iuramentum à quo fit prestandum, vt testes recipiantur tanquam de recessu. num. 14.
 Testes alienigine, & diuersæ linguae qualiter recipiendi. num. 15.
 Testes si recusent deponere possunt compelli. num. 16.
 Testes quocumque tempore recipi possunt, si sunt citati intra dilationem. num. 17.
 Testes citati intra dilationem debent redigi in scriptis, & possunt etiam die feriata in honorem Dei. num. 18.
 Iuramentum testium, an possit recipi per scribam. num. 19.
 Testes recepti, & in scriptis redacti quando possunt iterum recipi. num. 20.
 Testibus receptis nulliter culpa notarijs, an possint iterum recipi. num. 21.

- Testes quando dicantur nulliter recepti. num. 22.
 Testes didicitis publicatis, an possint iterum recipi. num. 23.
 Subornationis timor, quando concideretur in testibus. num. 24.
 Testium publicatio, quando noceat illi qui illam petijt. num. 25.
 Publicationem testium instans sibi preiudicat. num. 26.
 Consentire, quando habeatur pro facere. num. 27.
 Testes ad futuram rei memoriam qualiter recipiendi. num. 28.
 Testes ad futuram rei memoriam, an valeant sine citatione cuius interest. n. 29.

C A P. XIII.

CAUSA summaria dilationibus arbitrarijs iudicis arbitrio terminati solent, nam vbi statutum non præfigit certum tempus arbitrio Iudicis relinquitur *Mestril. decis. 78. Couar. lib. 2. var. cap. 12. num. 5. Mencha. vsufrequen. cap. 24. num. 12. Viuius decis. 11. num. 9. Ofasc. decis. pedemonta. 22. num. 15. Meno. de arbitrar. cas. 52. nu. 5.* in hoc vero capitulo, statutum est tempus dilationum videlicet prima dilatio continet decem dies, secunda dilatio si petatur conceditur aliorum decem dierum, & tertia non denegatur aliorum decem dierum tandem datur quarta dilatio si per partem petentem iuretur se illam, nec dolose, nec fraudulenter petere, veluti si testes essent extra Ciuitatem, & litteris compulsorijs eorum dicta recipienda, & hoc casu Magnifici Consules concedant aliam dilationem eorum arbitrio necessariam, quod boni viri intelligitur, faciunt tradita per *Menoch. de arbit. lib. 2. cen. 1. cas. 52. in prin. & ex glos. in cap. 1. & ibi Abbas num. 1. de probat. Felin. in cap. cum sit romana. num. 1. de appellat. Ripa in l. 2. num. 31. ff. de re iudicat.* Non enim debent Magnifici Consules tam longam dilationem concedere, quod causa quæ sui natura est summaria propter dilationes in plenariam conuertatur.

Quælibet autem dilatio concessa Consulibus non currit, nisi à die, qua fuit intimata, vt ex *Maran. quem refer. Gutierrez lib. 3. prac. cap. 37. num. 10. & ex Bald. in l. eos §. Apostolos C. de appellat. & consil. 101. lib. 10. tom. 3. retuli. var. resol. cap. 5. num. 144.*

Cum autem dilationes prædictæ sint statutariæ non possunt à Iudice prorogari, bene tamen possunt ex partium consensu abreuiari, & prorogari ex *l. quod si nolit §. si vero conuenitur ff. de edictio edicto, noster Fontan. de pact. nup. tom. 1. clau. 4. glos. 15. num. 161.* quia sūt

communes vtrique parti vt Zabarella & alijs refert Canc. 3. p. cap. 12. nu. 39. Gutier. pract. quest. lib. 2. quest. 32. nu. 4. Ant. Gom. ad leg. cau. nu. 4. retuli in lib. meo ad tit. ff. de condit. & demonst. ad L. titio centum. §. 2. nu. 83.

6 Prædictæ autem dilationes cū à statuto dentur legales sunt, & currunt ipso iure à die, qua intimata est parti iudicis prouisio, quæ cum facti sit debet parti notificari iuxta tradit per Marian. de ordin. iudic. quem citat. Ioann. Gutier. pract. quest. lib. 3. cap. 37. num. 10. ex mente Bald. in leg. eo. §. apostolos C. de appel. conf. 101. num. 10. vers. modo est videndum lib. 3.

7 Quod autem tam breues dilationes concedantur nil mirum cum in causis summarijs non requirantur probationes plene, sed semiplenæ, vel præsumptiones, Gail. lib. 1. obser. 106. nu. 3. Fontanel. tom. 1. decis. 135. nu. 6. & de pact. 10. 2. claus. 8. nu. 17. Mascard. de prob. tom. 1. conclus. 769. nu. 16. Roland. à Valle conf. 50. nu. 9. Afflict. decis. 364. num. 15.

8 Prædictæ autem causæ summariæ intelliguntur in quibus modicum præiudicium consideratur, nam si causa esset magnæ quantitatis cum præiudicialis esset pleniores probationes requirerentur Fontanel. de pact. nup. tom. 2. claus. 8. glos. vnic. n. 17. & seq. in lib.

9 Data prima dilatione citantur testes, & eorū dicta recipiuntur, sed si testes fuerint recepti lapso tempore dilationis an de eorum dictis possit haberi ratio an vero receptio eorum nulla sit, cui dubio responderetur, quod si testes fuerint citati intra dilationem possunt per scribam causæ recipi eorum dicta & valebunt
10 si vero non fuerint citati intra dilationem sed postea & recepti tunc aut pars opponit de defectu receptionis eorum, & tunc nulla potest haberi ratio quia testis citatus & iuratus post dilationem non est restis Marcil. conf. 79. Berta sol. conf. 71. n. 1. & 2. Canc. 2. part. cap. 12. nu. 16. quod intelligendum est iuxta tradita per Bartol. in leg. absentes ff. de penis quem refert & sequitur Oliba de action. tom. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 28. Canc. 3. part. cap. 12. a nu. 16.

11 Sed nō alienum erit querere an vltra dictas dilationes sit danda alià quando is qui litigat minor est vel intra quadrienniū de iure ei concessum ad probandam læzionem quæ durante minori ætate ei obuenit, cui dubio affirmatiue respondeo quamuis enim dilatio statutaria expressa sit præcisa & peremptoria, non excludit beneficium restitutionis in integrum, Fontanel. de pact. tom. 1. glos. 12. nu. 98. plures a me relati in, addit ad prax. rub. 10. num. 11. & 12. & rub. 9. nu. 31. Ex Vaconio ab Acuna lib. 6. declara. cap. 91. Molin. de pri-

mogen.

- mogen. Hispan. lib. 3. cap. 12. nu. 17. Surd. conf. 138. nu. 5. Nata conf. 191. nu. 6. Giurba decis. 112 num. 2. Ferrer Ilerden. ad const. dels impub. glos. 3. nu. 28.
- 1 2 Quod intelligendum est si dilatio non fuerit malitiose petita pro ut circa executionem sententiæ tradit Michael Ferrer 3. par. obser. cap. 346. & 477. Fontanel. tom. 2. decis. 315. num. 1. & 10. & tom. x. decis. 113. idem de pact. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 1. num. 102. Canc. tom. 2. cap. 1. num. 163. Quando autem dicatur malitiose peti ex Iudicis arbitrio pendet Fontanel. tom. 1. decis. 113. num. 10. Michael Ferrer ubi sup. retuli in prax. rub. 29 de execut. sententiæ num. 92. & 93.
- 1 3 Sed quid dicendum erit quando testes sunt de recessu, hoc casu exacto iuramento, quod sunt de recessu statim possunt recipi data prius scedula petendo, quod in incontinenti recipiatur testes qui sunt de recessu ut retuli in addit. ad prax. rub. 18. nu. 64. ex Marant. de ordin. iudic. par. 6. tit. recte concipitur citatio num. 29. Innocen. in cap. albericus circa princip. de testib. Iazon in repet. leg. admonendi in princ. ff. de iure iuran. Hoc autem iuramentum debet præstare ipse testis quia ipsius recessus solum ipse scit, & à sua voluntate intrinseca dependet de qua tertius non potest iudicare quia iuramentum semper dependet ab intentione iurantis Rot. Romana in nouis decis. 1. licet enim ex scedula notata in addit ad praxim videatur, quod iuramentum sit præstandum ab eò, qui instat testes recipi, tamen per obliuionem fuit omissum hic notatum.
- 1 4 Sed quid dicendum si offeruntur testes alienigeni, diuersæq; linguæ veluti Italici, Fræcigeni, seu alterius nationis, huic dubio resolutiue dico seruandum esse stilum, qui seruatur quando exhibetur plica testium in illis terris receptorum, quo casu per Iudicem, & in Logia Maris per Magnificos Consules nominantur duo qui sint conscij & experti de illa lingua ipsiq; nominatis exigitur iuramentum de fideliter declarando scripturam seu dicta testiũ præstatoq; dicto iuramento factaq; versione in scriptis statur dictæ traductioni, & hoc est quod obseruatur tam in regia Audientia, quam in domo Deputationis, vbi deseruiens ego assessoriam illius in anno 1608. sic praticauit.
- 1 5 Aduertant tamen Iudices, quòd recusantibus testibus depone-re possunt compelli ad testificandum penis arbitrarijs iuxta trad. per Farinac. in praxi crimin. quest. 78. num. 18. Iulius Clar. in praxi crimin. §. si. quest. 25. Barbac. in cap. 2. de testib. cogen. nu. 3.
- 1 7 Potest etiam notarius recipere testes post dilationem, si ipsi

- intra eam fuerint citati, quia tempus illud, in quo testis deponi retrotrahitur ad tempus iuramenti secundum Ludouic. Roman.
- 18 *conf. 443. col. 2. Abbas in cap. licet causam col. 6. de probat.* Et non solum possunt recipi extra tempus dilationis (si intra eam sint citati) verum etiam in scriptis redigi possunt die feriata in honorem Dei dummodo iuramentum præstiterint die non feriata *glos. in clemen. 1. de officio deleg. speculat. in tit. de ferijs §. sequitur vers. quid si tunc testis* Guid. Pape 215. Et clarius *decis. 125. & alij relati per Mennoc. de arbit. lib. 1. quest. 30. nu. 15.* Et sic testes etiam in causis verbalibus in scriptis sunt redigendi, vt late refert Gabriel Berart in suo lib. de visitat. cap. 25. a nu. 147. not. *vers. vnum tamen super his confirmans ex notatis per Anto. de Butrio in cap. quintanallis de iure iurand. Aretin. conf. 163. vers. vnde etiam Aymon conf. 265. nu. 4. Ruin. conf. 68. nu. 14. vol. 1. Socin. conf. 46. nu. 43. & 45. vol. 4. Petrus Molin. in sua praxis iudicial. fol. 1. col. 2. in fine Roman. in leg. sciendum nu. 64. & 65. de verbor. oblig.*
- 19 Iuramentum à teste præstando potest ex consuetudine vt est iam asuetum, quod recipiatur per notarium seu scribam Couar. lib. 2. var. cap. 13. nu. 10. *vers. sit in questione* Gracian. *discep. foren. cap. 60. nu. 36. tom. 1. Mennoc. conf. 100. nu. 43. & 46. Narbo. ad ll. regias lib. 2. tit. 11. leg. 33. glos. 1. nu. 4. Paz. in prax. part. 1. tom. 1. temp. 8. n. 135.*
- 20 Aduertat tamen scriba, quòd si testes semel receperit super articulis, & eorum dicta in scriptis redegerit, non poterit ipse iterum eos recipere si rite fuerint examinati si vero rite non fuerint examinati poterit illos repetere Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 18 part. 4. n. 15. & decis. 183. nu. 9. tom. 1. Canc. 1. part. cap. 20. nu. 85. idem Fontanel. tom. 2. decis. 487. nu. 1. faciunt tradita per Ferrarium in sua prax. forma oppositionis contra testes vers. sunt que publicatis nu. 3. don Ludou. à Peguera tom. 1. decis. 195. nu. 2. quod declarat dictus Pegue. tom. 2. decis. 68. num. 2. dicens quod si fuerint nulliter recepti culpa partis, non possunt repeti testes, dicitur autem nulliter testes esse receptos quando*
- 22 non fuerint citati intra dilationem, vel non iurarunt intra eam vel ex alià causa quæ nullitatem eorum inducat, si quis verò cupiat scire quando & in quibus casibus testium repetitio fieri valeat videat Farinac. tom. 2. de opposit. contra dicta testium quest. 66. part. 8. per tot. non enim omnia sunt trāsribendā cum hic solum intendam summarie, quæ frequentiora sunt ad praxim afferre.
- 23 Est etiam aduertendum, quod ad hoc vt non sit locus nouę testum receptioni eò quod didiscita sint publicata nõ sufficit quod

- per partem fuerit petitū, & per Iudicem prouisum quod habeatur pro publicatis sed requiritur, quod pars habuerit de illis inspectionem, & notitiam iuxta relata per *Surd. decis. 153. n. 2. Gracian. discip. foren. 458. nu. 20. Farinac. de testib. quæst. 75. num. 324.* Quia quando pars non habuit inspectionem testium non est timor subornationis, quæ est principalis ratio vt dicto casu non recipiatur testes iux. *tex. in cap. fraternitatis cap. intimari de testibus auc. atqui semel de probat. quæ refert noster Fontanel decis. 102. a nu. 12. cum seq.*
- 2 4
- 2 5 Prædicta autem intelligenda sunt respectu illius, qui non instauit publicationem testium, ipse enim testibus publicatis dictis vero eorum non perspectis poterit alios testes dare, quia quotiens ius partis alterius non fit deterius admititur eius probatio vt in camera imperiali obseruari attestatur *Gail obser. 105. nu. 2. vers. primo fallit & nu. 3. lib. 1. & in Curia Romana in nouissi. 3. par. decis. 136.* secus verò est respectu illius, qui publicationem instauit, nam iste publicatis testibus etiam si de illis non habuerit inspectionem non poterit alios testes ministrare, quia ex eo quod publicationem instauit, cencetur renuntiasse probationi fiendæ per testes iuxta relata per *Surd. conf. 8. ex num. 9. & conf. 176. per tot. Farinac. quæst. 75. nu. 325. Gratian. discip. foren. 158. nu. 20. Fontanel. tom. 1. decis. 102. a nu. 20.*
- 2 6
- 2 7 vbi nu. 22. Quærit an idem sit consentire quòd testes publicentur atqui petere eorum publicationem resoluens, quod non ex traditis à *Farinac. d. quæst. 75.* vnde qui tacuit in publicatione per iudicem prouisa poterit alios testes ministrare si illos habeat, sed non erit totaliter alienum ab hoc loco cum multoties petatur, quod ad futuram rei alicuius memoriam recipiantur aliqui testes qualiter sit procedendum.
- 2 8 Cui dubio breuiter dico, quod obblata supplicatione cum articulis positiuis seu interrogatorijs petat citari partem interesse habentem, nam si non fuerit citata ad eorum receptionem, & testes recepti fuerint tanquam nulliter recepti, nullam in iudicio fidem faciunt *leg. si quando C. de test. c. in nomine Domini eod. titulo Grama. decis. 11. nu. 8. Velas. conf. 121. n. 108. Peguer. 10. l. decis. 195. nu. 3. Barbol. in cap. 2. ex de test. Vincen. a Franchis decis. 659. n. 1. etiam si mortui fuerint testes Gutier. con. 1. num. 45. Felin. in 6. presentata nu. 14. de testi Fontanel. decis. 183. Gratian. decis. Rota Marchia 231. a nu. 10.*
- 2 9 Vnum animaduerto quod si tempore quò testes recipiendi sint nõ existat in vrbe persona quæ habeat interesse curet citare
- fisci

fisci procuratorem Curia ad videndum iurare testes, quia ex hoc tollitur omnis suspicio receptionis eorum.

De interrogatorijs, & testium publicatione.

S V M M A R I V M.

- I**nterrogatoria ad quid dentur. nu. 1.
Interrogatoria qualia sint admitenda. nu. 2.
 Interrogatoria secretè dantur. nu. 3.
 Reinterrogari quando possint testes iam interrogati. nu. 4.
 Interrogare, an possit Iudex testes ad se instruendum. nu. 5.
 Iudex tenetur parti, & interesse quando in aliquid peccat. nu. 6.
 Interrogatoria debent apponi in plica ad recipiendum testes. nu. 7.
 Interrogatoria qualem materiam debeant continere. nu. 8.
 Interrogatoria diuersa causa, & meritis illius non admittuntur. nu. 9.
 Interrogatoria capiosa an sit admittenda. nu. 10.
 Minor an restituatur ad dandum interrogatoria. nu. 11.
 Interrogatoria partim debent esse secreta, etiã si non petatur. n. 12.
 Interrogatoria respicientia qualitatis testium an admittatur. n. 13.
 Interrogatorijs respondens, an contra se teneatur attestari. nu. 14.
 Interrogatoria in causis Cõsulatus intra quot dies fini danda. n. 15.
 Dilationes in Consulatu qualiter finiantur. nu. 16.
 Testium publicatio, an sit in Consulatu petenda. nu. 17.
 Testium publicatione omisa processus, an sit nullus. nu. 18.
 Stilo non seruato, an processus sit nullus. nu. 19.
 Testes quando habeantur pro publicatis. nu. 20.
 Publicatio testium ordinariè petitur ab altera partium. nu. 21.
 Testes ordinariè recipiuntur parte absente. nu. 22.

C A P. XIV.

- S**olent autem per partes respectiuè interrogatoria quãdoq; ad seruendam veritatem quandoque ad illam reddendam turbidam de his meminit Oliba de actionibus 20. 2. lib. 1. cap. 14. nu. 5. Farinac. de test. quest. 73. nu. 2. Fontanel. 20. 2. decis. 487. n. 2. Quandolibet sit interrogato-

- rogatoria debet ad mitti dummodo non sint infamatoria vel aliquid turpe contineat de iure nostro retuli *in addit. ad prax. rub. 13. in princ. c. 7. n. 4.* Solent enim interrogatoria esse captiosa iuxta tradita per Fontanel. *10. 1. decis. 183. a. nn. 7. retuli variar. cap. 5. n. 102. Gail. lib. 1. obser. 95. nu. 3. Marant. de interrogatorijs part. 6. nu. 18.* Huiusmodi autem interrogatoria secreta sunt, nec per scribam communicanda alteri parti, & superdicta interrogatoria debent testes examinari itaut si per scribam fuerit omissum testes interrogare de nouo sunt interrogandi, hanc difficultatem tetigi *var. cap. 5. a. num. 98.* cum sequent. ex Guidone *decis. 72. nu. 3. resolutiue tradens, quod si pars quae interrogatoria obtulit habuerit notitiam suorum testium, non possint reinterrogare propter timorem subornationis de quibus agit, glos. in cap. 2. de testibus lib. 6.* Si vero non habuerit inspectionem tunc interrogantur testes de nouo super interrogatorijs, & in hoc concordat Maranta *6. par. cap. 7. n. fi.* Si vero interrogatoria officio Iudicis ad eius animu instruendum recipiantur super verificatione qualitatum & circumstantiarum, tunc admittuntur in quacumq; iudicij parte ex Iudicis officio nobili, & sic est intelligenda decisio Guidonis Pape 72. & additiones ad eam; Si pro parte Iudicis steterit quod minus interrogatoria admittantur tenentur Iudex parti, quae illa obtulit addamna & interessè, & receptio testium est nulla Farinac. *d. quest. 73. Fontanel. d. decis. nu. 4.*
- Si interrogatoria data fuerint, & literae compulsoriae ad probandum articulos per testes expeditae debent dicta interrogatoria in dicta plica immitti, & remitti illi quibus comittitur testiu receptio Tiberius à Corneo *in prax. audien. Cancell. lib. 3. cap. 17. nu. 41. Post. de manuten. obseruat. 94. n. 49.* Et de tali obseruantia in regio nostro supra Senatu attestatur Fontanel. *d. decis. 487. nu. 10.*
- Interrogatoria autem debent continere eandem materiam quae in articulis continetur aliàs si diuersam materiam contineant de bonu dictis nulla habetur ratio tanquam deponentium extra articulu cap. 1. de testibus extra de testibus & ibi glosa *verbo non iuratus Gail. lib. 1. obser. 95. n. 4. Gracia. discep. foren. 753. n. 2. Marta. lib. 1. cap. 2. Mantica. decis. 352. nu. 5. Farinac. decis. Rota 360. par. 1.*
- Similiter si interrogatoria captiosa sint, & videntur magis obiecta ad animum Iudicis conculcandum tunc non admittuntur Thezaur. *decis. 261. nu. 1. tradidi var. resolut. cap. 5. nu. 191.* Si autem minor litiget vel illius curator, & omissit interrogatoria dare an tunc

- 1 1 tunc restituatur addandum illa, & resolutiuè dixi quod non *var. resol. cap. 5. n. 172. ex decis. Putei 23. lib. 3.* nisi de lezione constaret si enim de omissione interrogatoriorū minor lædatur tunc Sicut in cæteris negocijs restituuntur ad illa dandum ex decis. Putei 23. vbi latè.
- 1 2 Aduertat tamen scriba causæ quod si per inaduertentiam aduocatus ommiserit dicere, quòd testes secretè examinentur denegata copia non debet inspectionē dare, quia habita inspectione de illis facilis esset subornatio *glos. in cap. 2. verbo interrogatoria de testibus in 6. canonistæ omnes in cap. per tuas de testibus Assinius in sua prax. §. 23. cap. 7. nu. 5. reuli var. cap. 5. nu. 11.*
- 1 3 Solent autem aduocati multoties interrogatoria offerre respicientia qualitates ipsorum testium, vt ex depositionibus eorū responsiones deminutæ fiant an tunc testis respondere teneatur
- 1 4 illis. Et resolutiuè dico, quòd si qualitas notoria sit & publica teneatur respondere veritatem *ex leg. qui cumq; C. de seruis fugit. leg. si defensor ff. de interdicitis speculator in tit. de test. §. iam de interrogatorijs n. 22. cap. testimonium de testibus verbo confessus.* Si vero dicta qualitas, quæ minuit fidem sit occulta non erit propalada per testem quia nemo tenetur se ipsum prodere diuus Thomas *secun. secunde quest. 69. ar. 1. Aretin in cap. qualiter & quando lo segon §. debet col. 4. ver. in fine autem de accusat Pegue. in prax. de exigenda a reo capto dep. nu. 8.*
- 1 5 Aduertat tamen pars in dandis interrogatorijs, quia in causis summarijs quæ prædictis dilationibus in consulatu maris tractantur debent dari intra tres dies intimæ aliàs enim si testes fuerint recepti per scribam valida erit eorum receptio nec minor erit restituendus ita Puteus *decis. 23. lib. 3. quem sequutus fui ver. cap. 5. n. 112.* quia huiusmodi ommissio parui est præiudicij ipsi minori.
- 1 6 Finitis dilationibus prædictis licet verba capituli videantur publicationem testium ad partis petitionem iam factam in illis verbis, *Las dilacions passadas los testimonis publicats a requisicio de las parts los Consols asignen dia a las parts a oir sentencia sens que no cal ni es necessari que les parts renunciem a mes dit etc.* Non obstantibus dictis verbis assignatio debet peti ad testium publicationem assignari, & per Iudicem prouideri diem certam, & die assignata, per partem peti testes haberi pro publicatis, & hoc practicatur in magistratu iuxta tradita per Maranta *de ordine iudiciorū par. 6. tit. si autē producantur testes num. 82.* licet ipse velit quod necessitas publicationis habeat locum

- 18 Locum quando pars petit publicationem eorum alias enim si nō petierit non ex eo processus est nullus, *ex glosa in cap. qualiter, & quando §. debet de accusationibus, Alex. in l. 1. §. ff. de Prefec. prator. Ancarrá. conf. 52. incipien. omissio publicationis, quod etiá refert Assinius in sua praxi. §. 3. cap. 10. cum enim stylus Logiæ sit testium publicatio debet seruari, refert don Ludouic. à Pegue. iuxta tradita per Ferrer. 3. par. obser. cap. 505. num. 2. quem refert Fontanella tom. 1. decis. 296. à nu. 5.*
- 19 Guido Pape *conf. 123. à num. 3. adeo quod attestantur aliqui, quod stylo non seruato actus est nullus, cap. quam graui, ibi: quam in stylo cap. ex litteris 11. de constitutionibus, Menoch. lib. 2. presump. 8. Gutier. canonic. quest. lib. 1. cap. 333. num. 39. Barbosa in collec. ad d. cap. quam grauis Mieres tom. 1. cola. 6. Petri tertij in Curia Perpiniani cap. de stylo, & consuetudine num. 2. retuli in praxi rub. 24. de sententijs.*

DE TESTIUM PUBLICATIONE.

20

- Dilationibus elapsis testes pro publicatis haberi vult dispositio nostri capituli in illis verbis: *las dilaciones passadas, los testimonis publicats à requisicio de las parts,* textus iste malè apunctuatus apparet in illis verbis, eo quod secundum eius lecturam ipso iure testes videntur publicati, quia secundum punctuationem verba illa, *à requisicio de las parts,* potius referuntur ad assignationem ad sententiam cum comma præcedat verbum illud: *à requisicio de las parts,*
- 21 sed stylus ordinarius tam in hoc Consulatu, quam in omnibus curijs ordinarijs, est quod per alteram ex partibus petitur assignari diem certam ad testium publicationem, & à Iudice assignatur. Adueniente autem die assignato offertur alia schedula qua petitur testes pro publicatis haberi Iudexque prouidet,
- 22 quod testes habeantur pro publicatis, & ratio est: quia ordinariè testes recipiuntur partibus absentibus, vt præcensit Maranta *par. 6. tit. de processus publicatione num. 1. publicatio enim testium est de ordine iudicij Bartol. in l. prolatam C. de sententijs, eo quod dicunt, quod per publicationem testium datur eis maior fides, l. gesta, & ibi Bald. C. de re iudic. cap. causamque de testibus, Bartol. in l. solã C. de testibus dixi in meis addit. ad prax. rub. 19. de testium publicat. per rotam. vbi nu. 3. retuli ex Bartolo in l. cum ab initio circa fin. ff. quemadmodum testam. aperiantur testium publicationem per notarium fieri non posse.*

Publicatis testibus solent objici de qua materia in sequenti cap.

De

De obiectis testium.

S V M M A R I V M.

Testes qualiter obijciantur. num. 1.

Testes ex quibus causis obijciantur. num. 2.

Obiectiones testium à quibus tractetur. num. 3.

Testes an obijciantur in Consulatu. num. 4.

Testes ex quibus causis possint obijci in Consulatu. num. 5.

Testes ex qua causa non obijciantur in Consulatu. num. 6.

Obijci an possint testes, et ex qua causa possint in Consulatu. num. 7.

Testes se ipsos contradicentes qualiter valeant. num. 8.

Testes quales sint admitendi. num. 9.

C A P. XV.

TAM de iure Ciuili, quam Canonico solent testes obijci tam ex defectibus personalibus eorum quam ex dictis veluti si in illis, & rationibus per eos allegatis sibi aduersentur, aut falsi iudicentur, aut saltim eorum fides minuatur de qua materia Canonistæ in cap. presentium de testibus, latè Farinac. qui integrum librum edidit de oppositione contra testium dicta Maranta 6. part. tit. de testium. repulsa Caluolo §. exceptio contra testes conclus. 1. Bernardinus Roca in tract. iudicia. tit. de opposit. contra test. Ferr. in sua praxi in forma opponendi contra testes post publica. Menoc. de arbit. cen. 2. plures retuli in meis varijs cap. 5. num. 171. Don Ludouic. à Peguer. in sua prax. rub. 20. & ibi addit. mex.

Prædictis vero non obstantibus reperio in lib. Consulatus folio 2. caput nonum quo disponitur, quod in causis quæ tractantur in Consulatu Logiæ maris neutra pars admittatur ad obijciendos testes, nec in scriptis, nec verbo, sed disponitur, quod casu quo aliquis ex litigantibus sciat testes contra se ministratos esse consanguineos, seu affines intra gradus prohibitos testificandi, aut inimicos illius contra quem attestati fuerunt, aut testes ministrati patiantur aliquos defectus per quos repellendi sint à testificando ad aures Consules certioventur de prædictis vna cum proceribus & iunctis ad causæ decisionem qui de deductis debitam rationem habeant.

Ratio

6 Datio autem quare in his causis objectio testium, est repulsa vera assignari potest, quod causæ quæ in Consulatu ordinarie tractantur sunt summariæ, & parui perjuditij in quibus non admititur testium objectio, Fontanell. *de pact. nup. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 70.* Marant. *de ordin. iudic. 4. part. distinc. 9. num. 179.* Menoch. *de retinend. remed. vlt. num. 41.* Gracian. *discept. foren. cap. 310. num. 70. & cap. 384. num. 13.* Riccius *collecta. 14. num. 834.* Postius *de manutenen. obser. 96. nu. 1.*

7 Licet autem in istis causis summarijs, non admitantur objecta testium quæ veniunt probanda per testes admituntur tamē si objecta proueniunt ex depositionibus eorum, quia vt aduertit Mayner, *decis. 74. lib. 4.* aliud est reprobare testes, & aliud reprobare eorum dicta, idem sentit Dominicus, *in cap. 2. §. fin. de testib. in 6.* Decius *consil. 8. num. 8.* Veluti si ex dictis eorum resultat variatio seu contradicctio, vel aliud simile quia similes exceptiones nunquam censentur exclusæ, iuxta relata ex *decis. nostri regij supræmi Senatus, allegata per Cancer. tom. 1. cap. 20. num. 47.* retuli in varijs *cap. 5. num. 172.* & in *addit. ad prax. rub. 20. de artic. dandis ad obijciendum vel corroborandum testes à nu. 13.* Attendant queso Magnifici Consules in depositionibus testium, & qualitatibus eorum maximè respectu illorum in quorum fauorem deponunt veluti si sint domestici, seu familiares quia tales qualitates minuunt eorum fidem plura ad hoc institutum Valen. Velasq. *cons. 121. num. 122. vsq; ad 125.* nec officialis pro domino Farinac. *de oppo. contra test. quest. 53. à num. 181.*

De Instrumentorum productione.

S V M M A R I V M.

Instrumentorum productio quando fienda. *num. 1.*

Intima non potest fieri quando instrumenta producuntur quin notarius habeat instrumenta. *num. 2.*

Intima quando potest fieri, quando notarius non habeat instrumenta. *num. 3.*

Instrumentorum productio a quibus tractetur. *num. 4.*

Scriptura nomen quas scripturas contineat. *num. 5.*

Scriptura, omnia instrumenta processus comprehendit. *num. 6.*

Probatio facta per scripturam dicitur probatio approbata. *num. 7.*

- Probatio instrumentorum qualiter fienda. num. 8.*
Productio instrumentorum in statuto qualiter intelligatur. num. 9.
Productio generalis non potest fieri. num. 10.
Productio instrumentorum regulatur a voluntate producentis. n. 11.
Instrumentum productum pro vna parte quando profit alteri. n. 12.
Liber societatis an probet societatem. num. 13.
Liber societatis exhibitus ad vnum finem an valeat ad alium, nec iudex de ea ad alium finem habere rationem. num. 14.
Clausula omni meliori modo quid operetur. num. 15.
Scriptura vnius an profit alteri consorti. num. 16.
Iudex an possit habere rationem de scriptura per vnum exhibita in fauorem alterius. num. 17.
Scriptura referens aliam illam non probat. num. 18.
Compelli, an possit quis ad exhibendam scripturas de quibus mentionem fecit num. 19.
Iuramentum quod non habet scripturas quando liberet facientem mentionem de illis num. 20.
Generalis mentio scripturarum qualiter obseruanda. num. 21.
Productio instrumentorum qualiter fienda, vt profit producenti. num. 22.
Protestatio exhibendo instrumēta quatenus pro se faciunt qualiter profint. n. 23.
Contradicens instrumentis non potest illis se iurare. num. 24.
Iudex quando possit se iurare de vna scriptura in fauore alterius partis. n. 25.
Plica testium, an possit exhiberi facta assignatione ad sententiam. num. 26.
Scriptura priuata qualis dicatur. num. 27.
Scriptura priuata materiam qui tractant. nu. 28.
Negotiatio mera est mercatorum. num. 29.
Mercatores tenentur facere librum suorum computorum. num. 30.
Mercator non consiciens librum ad quid teneatur. num. 31.
Libris mercatorum an sit fides danda. num. 32.
Campsores siue Bancherij qualiter constituiebant Banchum. num. 33.
Campsores siue Bancherij solebant prestare iuramentum. num. 34.
Fides an detur partitis campsozum. num. 35.
Libri Banchorum vbi fuerunt reconditi. num. 36.
Pharmacopolarum libris qualis fides detur. num. 37.
Libri mercatorum an faciant fidem pro scribente. num. 38.
Libris mercatorum, an detur major fides, quam eorum verbis. n. 39.
Mercatori quando fides detur. num. 40.
Liber mercatorum qualiter formetur. num. 41.

- Libris mercatorum quando credatur. num. 42.
 Liber quando faciat fidem in fauorem scribentis. num. 43.
 Liber mercatorum quales solemnitates requirat. num. 44.
 Libri mercatorum in paruis summis an credantur. num. 45.
 Libris mercatorum, an credatur in magnis summis. num. 46.
 Libri mercatorum, an faciant fidem contra se. num. 47.
 Libris societatum quales debent esse. num. 48.
 Sociorum libri inter socios, quam probationem faciant. num. 49.
 Societatis causa multum dependent ex Iudicis arbitrio. num. 50.
 Connexitas causæ quando consideratur. num. 51.
 Scriptura a manu tertia scripta, quando preiudicet alicui. num. 52.
 Socius an teneatur exhibere librum consocij. num. 53.
 Liber societatis quid continere debeat. num. 54.
 Scrutinium, an dandum sit pro libris curritoris auris. num. 55.
 Sequestrari, an possint scriptura pendente litte. num. 56.
 Compelli, an quis possit exhibere instrumenta sua. num. 57.

C A P. XVI.

- 1 **I**N dicto capitulo octauo statuitur quod probationes quæ fieri debent per instrumenta fiant ante testium publicationem videlicet intra dilationes datas, vt insinuant verba illa, *pero abans de la publicacio dels dits testimonis, è apres cascuna de las parts pledejants traurer en prouas, cartas y altres escrituras publicas en ajudas de sas prouas.*
- 2 Sed ante omnia debet aduertere scriba causæ, quòd si per partes ei fuerint oblata translata, cùm supplicationibus seu scedulibus in quibus exhibentur scripturæ siue publicæ siue priuatæ, cùm Iudicis prouisione, quod inserantur seu consuantur, & intimerur, non faciat notarius intimam quin prius penes se habeat omnes scripturas quæ exhibentur; quia vbicumq; sic practicatur iuxta tradita per don Ludouicum à Peguer. *in sua prax. rub. 17. de instrumentorum productione num. 14.* Dicens, hoc non procedere quando
- 3 instrumenta exhibita designantur ex alio processu penes eundem notarium vel alium cui mandatur per Iudicem, quòd satisfactus in suo condecenci salario det, copiam illius vel præstet solitam patientiam. vt alius notarius à suo processu extrahat instrumenta exhibita.
- 4 De instrumentorum productione dicta latè agit, Maranta *de*

- ordine iudiciorum 6. part. tit. de actorum edictio, vbi: latè & in principio dicit, quod nomine actorum intelliguntur omnes scripturæ in iudicio factæ coram Iudice, quatenus vero attinet ad dispositionem nostri capituli nomine, de scripturas, intelliguntur scripturæ, & acta extra iudicialia quæ fiunt penes scribas seu particulares, quæ manibus particularium scriptæ sunt, nam hæc scripturæ licet manu priuata scriptæ sint instrumentorum appellatione comprehenduntur ex propria vocabuli significatione, vt in leg. notionem §. instrumentorum ff. de verb. sig. leg. instrumenta C. de probation. ita ex mente Bartol. comuniter approbati, refert Assinius in sua prax. §. 22. cap. 3. num. 10. & 11. quia instrumentorum appellatione venit omnis scriptura quæ instruit processum leg. 1. ff. de fide instru. glo. & DD. in rub. C. de eden. Peguer. in sua prax. rub. 17. de instrum. productione, et hæc probatio, quæ per scripturam fit a doctoribus probatio probata nominatur, ex Ludouisio decis. perusina 26. nu. 13. Farinac. decis. 71. in posthum. part. 2. num. 4. & decis. 634. num. 1. in nouis part. 1. & ex multis alijs a me relatis in addit. ad prax. dict. rubric. 17. num. 6.
- Prædicta autem probatio instrumentorum non sufficit, quod verbaliter fiat sed debet produci, & exhiberi in processu secundum Bald. consil. 110. circa finem lib. 1. Assinius in sua prax. §. 22. cap. 5. num. 3. & 6. dicens, quòd vbi statutum loquitur de productione intelligendum est de reali, & cum effectu. leg. 1. §. 1. ff. quod quisq; iuris, leg. penult. §. docere, ff. nequis eum qui in ius, leg. 2. in fi. C. communia de legatis, cap. relatum de clericis non residentibus faciunt, tradita per Baldum in rub. de rer. diuis Ramon consil. 16.
- Nec fieri potest generalis productio tam de iure nostro municipalis ex Constit. 1. tit. de produc. de actus retuli variar. resol. cap. 5. n. 163. quàm de iure communi Speculator de instrum. edit. §. videndum restat. num. 2. Nata consil. 140. num. 2. Canc. variar. resol. tom. 1. de instrum. edit. a num. 7. pro vt tradit Ludouisius decis. 467. num. 8. & præcipue Seraf. decis. 377. num. 5. dicens, quòd Iudex non potest se fundare, respectu omnium contentorum in processu etiam in fauorem producentis. Quia cum productio instrumentorum reguletur a voluntate producentis, non debet contra illam aliquid operari: leg. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itinere actusq; privato Gracia. discep. foren. cap. 279. num. 22.
- Debet autem aduertere ille qui scripturam exhibet, quod dicat se illam producere quatenus pro se facit, non aliàs quia hoc casu

su, non potest aduersarius ea se absolutè iuuare, *ex leg. quotiens §. fi. de prob. Cast in l. 1. §. edit. n. 7. eden. Specul. de instr. edit. §. videri, pract. Papien. in forma productionis instrum. vers. in illis, Canc. var. 20. l. c. 19. n. 6.*

13 Ex his fit, quod si liber societatis fuerit exhibitus ad proban-
dam societatem iudex de illis, non potest habere rationem ad
14 alium finem *Surdus decis. 265. num. 4. vers. alterum fundamentum, idem*
in productione alterius instrumenti, Ludouif. decis. 467. n. 8. Rota
apud Seraf. decis. 377. num. 5. asserens quòd iudex non potest se
fundare in scriptura exhibita ad unum finem respectu alterius
finis, Mago. decis. lucen. 25. num. 10. Surdus decis. 267. Gaito, de credit.
cap. 2. §. 7. num. 2665. March. Anton. Duge. conf. 85. num. 25. lib. 2.
Et non solum si instrumēta fuerint exhibita, cum dicta protesta-
tione, sed si in schedula, cum qua exhibentur fuerint apposta
15 hæc verba, *Omni meliori modo*, quia eundem operantur effectum,
quod iudex non potest habere rationem contra producentem
16 *Barbosa de clausulis claus. 52. retuli in addit. ad prax. rub. 8. nu. 32.* Si enim
simpliciter fuerit scriptura exhibita aduersarius, illè poterit se iu-
uare sine reproductione, si verò cum dicta protestatione fuerit
exhibita aduersarius qui illa se iuuare velit debet illam reprodu-
cere, & reproductione facta sibi proderit *Menoch. lib. 2. presup.*
45. num. 21. §. in addit. cas. 499. num. 116. aliòs refert Canc.

17 Sed quid dicendum erit casu quò simpliciter instrumentum
est exhibitum, potest iudex habere rationem in fauorem alterius
partis? cui dubio respondet *Paul. de Castro in leg. vnic. C. vt que*
desunt aduocat. suple. nu. 5. quod potest ex officio suo nobili in eadē
sententia est Felin. in cap. imputari num. 9. extra de fide instrumen-
tor. Bald. in cap. cum dilectus num. 15. & sequentibus de censibus
Rota Romana in nouis. decis. 285. Osasc. decis. pedemon. 39. nu. 6. quod
18 *maximè locum habere existimo in Curijs, in quibus apices iuris,*
non attenduntur qualis est noster Consulatus, si autem aliquis
exhibuerit aliquod instrumentum, in quo fiat mentio aliorum,
& per partem petatur, quod exhibeantur illa de quibus facta fuit
mentio in instrumento exhibito teneatur illa exhibere, cui dubio
19 *respondet Canc. 3. part. cap. 3. num. 213. ex Marant. in sua prax. tit.*
de actor. edit. num. 7. Cephal. conf. 156. num. 42. lib. 2. Crauet. consil. 112.
num. 13. quod teneatur sub hac tamen distinctione diet. cap. nu. 231.
20 quod intelligatur si penes se habeat: Si enim non habeat, vel dolo
non fecerit, quo minus habeat iuramento liberabitur illa produ-
cere

- cere, Canc. par. 1. cap. 19. num. 24. quia ad impossibile nemo tenetur, leg. si quis in graui. in princ. vbi Bartol. ff. ad filan. plura iura &
- 2 1 Doctores retuli in addit. ad prax. rub. 17. a num. 18. Est tamen aduertendum, quod si aliquis mentionem fecerit generalem de aliquibus instrumentis non indiuiduando ea, non poterit compelli ad illa vandosa producenda quando indiuidue de illis fecit mentionem, Cancr. tom. 1. cap. 19. num. 23. vers. circa predicta.
- 2 2 Notandum vltcrius est, quod producens instrumentum semper sit cautus dicere, quatenus pro se facit, nam alias censetur approbare omnia contenta in eo, leg. publica §. fin. ff. depositi cap. cum olim de censibus Surdus cons. 151. nu. 16. Menoch. lib. 2. præs. 45. Boeriu. decis. 252. num. 3. & 4. Ramon consil. 5. num. 41. Mier. ad constit. Regis Petri 3. in Curia Perpin. col. 6. tit. de falsis num. 40. Lopus allegat. 119.
- 2 3 Si vero exhibuerit cum illa protestatione quatenus pro se facit, non retorquetur in eum sed solum illius fauorabilia conciderantur Menoch. lib. 2. præs. 45. num. fi. Decius in cap. cum venerabilis de excep. Mascard. conclus. 915. nu. 25. quia protestatio cum pendeat a voluntate protestantis illum iuuat Martin. de Ve. de protestat. num. 25. leg. at si quis §. pleriq; ff. de relig. & sump. funer.
- 2 4 Vltcrius est notandum, quod si ille contra quem instrumenta sunt exhibita dictis instrumentis contradixerit, non se ex illis iuari poterit, ita Gaeto de creditor. dict. capit. 2. tit. 8. num. 2707. ex quibus eleganter dixit Scaccia de iudicijs lib. 2. cap. 11. num. 469. dicens: quod nemo potest se fundare super acta quæ impugnavit allegans dictus Scaccia plura ad hoc institutum, Trentacinq. var. lib. 2. tit. de fide instrument. lib. 3. num. 2. vers. pro completo, Mascard. conclus. 916. n. 4. Menoc. præs. 45. n. 16. plures alios refert Grabiell de Pareja de instrum. edit. part. 2. tit. 7. resolut. 3. num. 113.
- 2 5 Dubium est an Iudex possit habere rationem de instrumento exhibito per vnam partem in fauorem alterius, si illud non reproduxit, maximè si dictum instrumentum fuerit exhibitum cum protestatione quatenus pro se facit cui dubio responder Paulus de Castro dicens posse quidem fieri, vt Iudex de eo habeat rationem, si sine protestatione fuit exhibita scriptura, in leg. vn. C. vt que de sunt adnoc. num. 2. Felinus in cap. imputari num. 9. extra de fide instrum. Bald. in cap. cum dilectus num. 15. & seq; de censibus Rota Romana in nouis decis. 285. Osasc. decis. pedemontan. 39. num. 26.
- 2 6 Vltcrius quæri potest an assignatione facta ad sententiã scriba causæ

causæ inferere in processu plicam testium extra urbem receptorū possit, cui dubio respondetur, quòd potest etiam didiscitis publicatis quia testes redacti ad scripturam habentur, ad instar scripturæ, ex trad. per Angel. *in leg. vl. de edic. diui. Adriani* vol. Bartol. & Alciat. *in leg. notionem §. instrumentorum. ff. de v. sig.* Menoch. *de arbitra. lib. 2. cent. 1. cas. 63. num. 6. retuli var. cap. 6. num. 61. & cap. 5. num. 253.*

- 27 Hucusq; egimus de productione instrumentorum sed nunc
 28 videamus de scripturis, quæ frequentius in Magistratu solent, ex
 29 hiberi hanc materiam scripturarū latissimè tractat, Nicol. Genua.
 30 *in suo lib. inscrip. de scriptura privata;* ad quæ te remitto, sed cum prin-
 31 cipalis negotiatio sit mercatorum sciendum est, quod ferè vbiq;
 32 solent ipsi facere libros suarum negotiationum, & adeo ad id esse
 33 obligatos, quod si mercator dicat: Se non confessisse librum ra-
 34 tionum negotiantes, cum eo possint contra eum in litem iurare,
 35 ex Petro Cauallo *conf. 123. nu. 27. & 28.* refert Nicol. Genua *de scrip-*
 36 *privat. lib. 5. quest. 9. tit. regula quadam singularis in fin. & latius lib. 4. tit.*
 37 *de lib. mercat. vbi: late disputat an fides dictis libris eorum; Sit*
 38 *adhibenda tradens diuersas quæstiones præsupponendo prius,*
 39 *quod adsit statutum, quo dispositum sit quod libris mercatorum*
 40 *fides adhibeatur, quo casu solent libri confici in Curia, & in prin-*
 41 *cipio eorū in Curia ordinaria præstatur iuramentum, per merca-*
 42 *tores de bene, & legaliter se habendo, & hoc modo solebant fieri*
 43 *in presenti Curia, per campsores qui vulgari nostro axiomate vo-*
 44 *cantur bankers qui in suo principio quando eligebant banchum*
 45 *accedebant ad Curiam Magnifici Regentis Vicariam Barcinone,*
 46 *& in ea prima vice præstabant iuramentum debene, & legaliter*
 47 *se habendo in administratione banchi, & dabant aliquos fi-*
 48 *dejussores pro securitate negotiationis, et tunc cum prestitisset*
 49 *banquerius iuramentum debene & legaliter se habendo, tunc*
 50 *libris eorum plena dabatur fides, et partitis extractis a dictis li-*
 51 *bris in quolibet iudicio datur fides dum per ipsos campsores seu*
 52 *officiales, qui eos regebant fuissent firmatæ, prædicti autem libri*
 53 *fere omnium campforū sunt reconditi in Bajulia Generali Ca-*
 54 *thalonix, & si forsan aliquæ partitæ extrahendæ sunt authenticæ*
 55 *per scribam majorem dictæ Bajulix Generalis legalisantur. Hoc*
 56 *idem seruant in hac Ciuitate Pharmacopolæ, qui vt libris eorū,*
 57 *& partis ex illis extractis fides adhibeatur primus liber debet*
 58 *deferri*

deferri ad dictam Curiam dicti Magnifici Regentis Vicariam, & in ea præstandum est iuramentum, tum cum astantia, & interuentione consulum sui Collegij qui sua manu, & subscriptione fidem faciant de præstatione dicti iuramenti, vt latius retuli in ordine iudiciario Curie regentis vicariam *rub. s. num. 10.*

- 38 Libri igitur mercatorum pro scribente, nec semiplenè probât Bartol. & communiter Doctores *in leg. admonendi ff. de iur. iuran. & ibi: Iason. num. 131. in fi. adductis à Canc. variar. 1. 10. cap. 22. num. 7. Ruin. conf. 77. num. 2. & 4. in fine vbi: aserit Doctores communiter Bartolum sequi Bernardinus Greudus pract. conclus. lib. 2. conclus. 20. num. 1. vbi: subdit ita sepius tenuisse Rottam Romanam & alij relati per Nicol. Genua de scriptura priuata lib. 14. tit. de lib. mercat. a princ. cum pluribus & seq. & tit. an liber. rationum mercator. num. 2. Maranta de ordine iudic. part. 6. tit. si autem producitur testes num. 23. Guid Pap. decis. 39 Delphi. Parlamo. quest. 441. Boer. decis. 103. decidendi ratio euidens, & iuri conformis est, quia scripturæ mercatoris non debet plus credi quàm viuæ eius voci, sed si mercator viua voce deponeret pro se nil crederetur, ergo non plus credi debet eius scripturæ Treuis. lib. 1. decis. 16. num. 2. & 5. solum qualem facere pro scribente*
- 40 præsumptionem præsertim: Si mercator sit vir bonus, & in culpa-
tæ vitæ tradit Genua dict. lib. 4. tit. an liber rationum mercatoris num. 8.
& 9. et in hoc casu scire oportet, quod si creditor aliter debitum
- 41 probare nequeat; Nisi per librū mercatoris in quo datæ & recep-
tæ continuantur tunc dictus liber, non possit dici vt scilicet
- 42 probet contra scribentem, quia verius est tunc; Etiam in sui fa-
uorem probare Rota Genue, decis. 60. num. 7. vers. neq; obstat. Ludo-
uif. decis. 377. & ibi: Beltran. lit. A. num. 1. Plures ad hanc nostram
opinionem adducunt Doctores limitationes, aliquas tantum hic
rescribam magis præcipuas breuiter, ac succinte meo more ad-
notabo cæteras repreries apud supra citatos autores signanter
apud dictum Genua.
- 43 Limitatur primo in his quæ dependent ex mera voluntate scri-
bentis veluti si quis scripserit in suo rationum libro se prestitisse,
aut præstare alimenta alicui animo repetendi ab eo, & non do-
nandi in isto casu hic liber plene probat in fauorem scribentis
leg. necennius ff. de negot. gestis.
- 44 Limitatur secundo in paruis summis dummodo confectus, sit
liber rationum cum solemnitatibus & requisitis aut majori illorū
parte

parte de quibus Genua *dict. lib. 4. tit. de lib. mercat. a nu. 48. vsq; ad 101.* (cum penè infinitis quos allegat) iuncto tit. an liber rationum mercatoris eiusdem *tit. 4. num. 13.* ad quem te remitto ne actum agam.

- 45 Nec mihi placet scrupulositas nostri Cancer. *variar. 1. cap. 22. num. 7.* afferentis ex lasone libris mercatorum solú in paruis summis, qualem qualem fidem adhiberi nisi hoc intelligamus non probatis solemnitatibus de quibus supra per Genua.
- 46 In magnis vere summis etiam prædictis requisitis concurrentibus tantummodo facit liber mercatoris aliquam præsumptionem pro se, ita ex Bartol. Bald. Burf. Crauet. & Triuis. tenet idem Genua *dict. lib. 4. tit. an liber rationum mercatoris num. 16. et 17. vbi. num. 20. et 21.* limitat inter ipsos mercatores inter quos plenè ac distincte probare defendit ea motus ratione quia inter mercatores ex æquo & bono iudicatur probatio neq; semiplenæ admittuntur, & cum inter eos bona fide agatur non congruit de apicibus iuris disputare cui limitationi dissentio quia qualitas contrahentium nullatenus auget aut minuit naturam probationum.
- 47 Sed quid dicendum est, an liber mercatoris fidem faciat contra se, & ex plurimis Doctoribus per eum allegatis afirmatiuè resoluit dictus Genua *dict. tit. de lib. mercat. quest. 2. a princ.* etiam si ipse mercator negaret scripta in suo libro esse ipsius manu seu voluntate dummodo suo cõsensu seu patientia fuerint inscripta etiam si talis liber esset defectuosus, si tamen partitæ in libro scriptæ nullam causam debiti, vel crediti continuarent non probarent, *dict. quest. 2. num. 6.*
- 48 Sed quid dicendum erit de libris societatis hanc quæstionem tractat Nicol. Genua *scrip. priuat. lib. 4. tit. de libris rationum*, alicuius societatis cuius resolutio breuiter traditur cum non sint omnia trãscribendà sed succinte, & resolutiuè liber igitur rationum inter
- 49 socios plene probat, tam pro scribente quam contra eum, quia eorum personæ respectiuæ sunt approbatæ, & hoc non solum in paruis summis sed etiam in magnis, quia inter ipsos proceditur ex bono, & æquo, & iam si promiscue partitæ sint scriptæ per quemlibet socium; quia præsumitur sic inter eos conuentum ex scientia & patientia reciproca præsumitur sic conuentum, hoc autem limitatur si partitæ sint vero similes, quod ex iudicis arbitrio considerato negotio qualitate personarú sociorum, & quantitate

titate bonorum, attenditur. Similiter valebit liber si continet data & recepta contineat non probabit liber, quia partitae debent esse connexae quando autem dicantur connexae, Menoch. *de praesum. lib. 2. centur. num. 1. cas. 95.* similiter si liber non sit scriptus de manu alicuius ex socijs de ordine alterius non probabit liber, quia omnium sociorum requiritur consensus, vt scriptura de manu tertij scripta de consensu omnium, sit sic nec probabit liber societatis in fauorem socij qui solus in libro scripsit vbi scriptum non est verosimile; Si vero scriptus sit liber à manu tertij tanquã institoris ab omnibus socijs approbati valebit, si vero liber contineat aliàs res diuersas à societate non probabit, tum & si contineat aliàs cancellationes & lasserationes, quia ex his oritur suspicio falsitatis similiter claudicaret liber si non contineret diem & mensem & annum.

53 Socius tenetur suo confocio exhibere librum societatis quotiescumq; requisitus fuerit aliàs praesumitur in dolo, & hoc casu amittit causam ille qui requisitus, & contra eum iuratur in litem.

54 Debet autem liber continere inscriptionem societatis, & sociorum anni & mensis ipsius societatis initi ex tali enim in scriptione arguitur societas inita, ex dicto libro oritur probatio contra scribentem, non solum in fauorem socij sed etiam illius tertij contra ipsummet socium penes se librum habentem, quia censetur scriptum de voluntate illius, Menoch. *lib. 3. praesum. 62. num. 6.* latè hanc materiam tractat Foelicius *in suo tract. de societate. per tot. & praecipue cap. 38.*

55 Dum hæc scribebam euenit casus, quod quidem curritor auris citauit in Consulatu, quendam mercatorem ab eoque petijt ducentum libras Barcinonenses, quas ad cambium dicto mercatori dederat à retro plusquam sexdecim annorum concordabant partes, quòd ab eo tempore non interuenerant litteræ cambij, mercator autem allegabat pro sua parte se dictam quantitatem diuersis vicibus soluiffe, et cambium extinctum fuisse, & alià allegabit in confirmationem solutionis dictæ quantitatis & extinctione cambij, in quibus adhuc non assumebatur resolutio difficultas quæ se obtulit, & decidenda venit, & quod mercator supplicatione oblata corà Magnificis Consulibus petebat secretè fieri scrutinium in domo dicti curritoris & apprehensionem librorum suorum propiorum computorum ad videndum si ipse curritor auris in illis scripsi-

56 scripſiſſet aliquas partitas dicti crediti ſui, & in exhonerationem dicti mercatoris, et hæc apprehenſio fieret cum aſſiſtentia alicuius officialis Regij Conſultus fui à Magnificis Conſulibus, & licet viderem Fabrianum, in ſuo codice lib. 4. tit. 3. definit. 1. tractantem quæſtionem an pendente litè poſſit fieri ſequeſtratio inſtrumentorum in quibus aliquis ex litigatoribus habet intereſſe allegabat, quæ pro parte negatiua prohibitam eſſe ſequeſtrationē regulariter, nec permiſſam niſi certis caſibus deniq; odioſam eſſe ſequeſtrationem, hanc ne tunc quidem cum res furto ſubſtracta queritur permittendam, & ibi: *additiones ex ſ. conceptu inſt. de obligat.* quæ ex quaſi delicto naſcuntur, allegatq; dictus Faber rationes aliàs quas allegabant illi, qui ſcrutinium petebant conſiderata tamen re, quod ille erat curritor auris pœnes quem erant diuerſi libri in quibus continebatur plurima negotia reſpicientia diuerſarum perſonarum intereſſe quæ potius intereſt ſub ſecreto exiſtere quàm illa pandere, & attento quod nemo poteſt compelli ad edendum inſtrumenta aduerſario niſi de inſtrumento fecerint mentionem iuxta uſaticum item prouida qui cùm fiſco litigar aut emphiteota cum domino directo ſeu medio, qui tenetur edere inſtrumenta domino Conſului quòd ſuperfederetur, nec fieret dictum ſcrutinium ſed caſu, quo ex probationibus reſulſet aliqua præſumptio vehemens antequam ſententia proferretur ſcriba cauſæ ex prouiſione Magnificorum Conſulum ſe conferret ad domum dicti Curritoris, & reconoceret proprios libros ſuos, & propria computa, & ſi aliquas partitas inueniret ſolutas eidem per dictum mercatorem dictas partitas deſcriberet in proceſſu preſtito, prius per eundem ſcribam iuramento de bene & legaliter ſe habendo, & de non reuelando alicui aliàs partitas, quæ ad aliorum intereſſe habent reſpectum hæc difficultas fuit concordia ſopita.

57

De Sententijs.

S V M M A R I V M.

Sententia qualiter fienda in Conſulatu. num. 1.

Sententia assignatio qualiter fiebat antiquitus. num. 2.

Sententia assignatio qualiter fiat hodie. num. 3.

- Sententia qualiter concipiatur in Consulatu. num. 4.*
Sententia qualiter proferatur quando sunt contraria. num. 5.
Votum sequendum a Consulibus quando sit. nu. 6.
Proceres in Logia quottuplices sint. nu. 7.
Proceres qui dicantur. nu. 8.
Aduocati Logia tenentur consulere Consules in causis decidendis. n. 9.
Aduocati Logia qualiter suum votum consulibus dent. nu. 10.
Assignatio ad sententiam qualiter petenda, et providenda. nu. 11.
Motiva in sententia, an sint exprimenda. nu. 12.
Motiva sententia, quando exprimenda. nu. 13.
Motiva falsa, an corruant sententiam. nu. 14.
Causa vna deficiente remanente altera, an actus sit validus. nu. 15.
Sententia per verba clara debet proferri. nu. 16.
Sententia quibus verbis concipiatur. nu. 17.
Verbum de futuro tempore non inducit dispositionem. nu. 18.
Exemplis an possint iudicare Consules. nu. 19.
Sententia, an possit proferri sine partis instantia. nu. 20. et 21.
Sententia, an possit publicari die feriata. nu. 22.
Feria quottuplices sint. nu. 23.
Sententia qualiter fiat contrarijs consulibus existentibus. nu. 24.
Senectus, et experientia conciderantur in iure. nu. 25.
Sententia, an possit fieri ex presumptionibus. nu. 26.
Presumptiones necessariae quae appellentur. nu. 27.
Presumptiones de iure quae dicantur. nu. 28.
Iudicare quando possit quis ex presumptionibus. nu. 29.
Iudex quando possit corrigere sententiam latam. nu. 30.
Sententia interlocutoria, et definitiva in quibus differant nu. 31.
Iudex non potest preiudicare in iure quaesito parti. nu. 32.
*Consules tenentur remittere causas ad votandum in puncto iuris altero ex Ad-
uocatis Logia non suspecto partibus. nu. 33.*
Consules, an teneantur sequi votum consulentium. nu. 34. et 35.
Iudex, an teneatur sequi votum consulentium. num. 36.
*Sententia lata Consule impedito si non opponatur de defectu impedimento,
an valeat. num. 37.*
Sententia, an verbaliter possit ferri. num. 38.
Sententia, an reddatur nulla ex preposteratione verborum. nu. 39.
Reconuentio quando sit declaranda. num. 40.
Sententia an valeat si non declareat super reconuentione. nu. 41.

- Sententia continens plura capita qualiter percipiatur. num. 42.
 Capitula diuersa qualiter comprehendantur in sententia. num. 43.
 Vitale per inutile non viciatur. num. 44.
 Sententia an valeat relata ad instrumenta. num. 45.
 Quantitas quando dicatur certa. num. 46.
 Sententia relata ad scripturam quando valeat. num. 47.
 Sententia referens ad instrumentum non confitit de eo est nulla. num. 48.
 Sententia absolutoria, qua contineat. num. 49.
 Sententia qualiter concipienda sit duobus punctis interuenientibus. num. 50.
 Interesse quando veniat in condemnatione. num. 51.
 Interesse quando proueniat ex damno. num. 52.
 Interesse quando sit intrinsecum, vel extrinsecum. num. 53.
 Interesse lucri cessantis qualiter concideretur. num. 54.
 Interesse ex mutuo, an debeatur. num. 55.
 Interesse lucri cessantis, quando debeatur. num. 56.
 Interesse lucri cessantis, an debeatur mercatori, eo quod est mercator. num. 57.
 Interesse lucri cessantis, à quibus tractetur. num. 58.
 Interesse, à quo tempore debeatur mercatoribus. num. 59.
 Interesse mercatoribus, an debeatur ab extraiudiciali petitione. num. 60.
 Interesse, qualiter diuidatur. num. 61.
 Interesse, à quo die debeatur ei, qui non est mercator. num. 62.
 Interesse quare diuersum inter mercatorem, & non mercatorem. num. 63.
 Interesse quando cessat ex oblatione sortis principalis. num. 64.
 Interesse mercantile, qualiter debeatur mercatoribus. num. 65.
 Interesse mercantile respectu mercatorum, quale sit. num. 66.
 Interesse qualiter debeatur, ex capitali incerto. num. 67.
 Interesse, an computetur de capitali, an etiam de interesse capitalis quando dilatata fuit solutio. num. 68.
 Pensiones censualium, quando parturiunt vsuras. num. 69.
 Interesse, an debeatur de pensionibus decursis. num. 70.
 Interesse, quando debeatur ex mora. num. 71.
 Sententia nulla, an possit reuolidari. num. 72.
 Confirmatio, an comprehendat actum nullum. num. 73.
 Sententia est nulla lata contra falsum procuratorem. num. 74.
 Procuratores qui prohibeantur esse. num. 75.
 Sententia in rem iudicatam transacta, quando quis possit se innare. num. 76.
 Compromissum super re certa, an cadat. num. 77.

Sententia super qua compromittitur, an desinat esse sententia. num. 78.

Renunciare an ceceatur iure sententia si super ea compromittit. num. 79.

Compromissum super sententia qualiter periudicet illi. num. 80.

Exemplis an possint iudicare Consules. num. 81.

Vendita re si fuerit reperta diuersa ab ea qua fuit ostensa pro mostra, an sustineatur venditio. num. 82.

Actio quanti minoris quando locum habeat, & cui competat. num. 83.

C A P. XVII.

1 **C**APITE decimo libri consulatus tractatur de forma quàm
 2 debent obseruare Magnifici Consules in prolatione senten-
 3 tiarum statuendo, quod prius per alterum ex litigantibus cum
 4 schedula petatur, quod assignetur ad sententiam diem certam
 5 cum sequentium continuatione exclusa consuetudine Magistra-
 6 tus antiqua, qua solitum erat ter aut quatuor reiteratis vicibus
 petere assignari ad sententiam, hæc enim obseruantia in desue-
 tudinem abiit considerata dispositione Constitutionis finalis ti-
 tulo de sententijs, qua disponitur semel assignari ad sententiam
 diem certam cum sequentium continuatione ex quo fit, quod
 sententia potest publicari ex obseruantia nostri supremi Senatus
 qualibet die post diem ad quàm erat assignatum retuli, *in addit.*
ad praxim rub. 24. de sententijs. num. 13.

4 Facta dicta assignatione adueniente die assignata, seu altera,
 (cum assignatio fuerit facta, cum sequentium continuatione)
 Magnifici Consules conuocant proceres mercatores illisque per
 notarium faciunt legere processum, & postea congregat proceres
 maritimos quibus similiter fit lectura processus ab illisq; petitur
 consilium per dictos Magnificos Cōsules qualiter iudicandū sit,
 & quandoq; prius consiliū petunt a proceribus maritimis quàm
 5 à proceribus mercatoribus. Prædictis cōsulentibus cōcordantibus
 aut maiori parte eorum, pronunciant, & declarant si vero discor-
 dent votum procerū mercatorum à voto procerum maritimorū
 tunc, quod omnes prædicti Consules congregentur, & si sic con-
 gregati fuerint, & in diuerso voto, Magnifici Consules declarant
 6 iuxta votum procerum maritimorum quia dicti Consules tenen-
 tur sequi votum procerum maritimorum, & non procerum mer-
 catorum, si Consules illud sequi voluerint, quia ex priuilegio
 Domi-

Domini Regis non sunt adstricti Magnifici Consules prædictorum consilia sequi seu nec alio modo sunt adstricti nisi quatenus talis erat consuetudo quando dictum caput fuit ordinatum.

Hæc est dispositio dicti capituli iuxta cuius contexturam, & intelligentiam plura infra referentur vt integra dicti capituli dispositio & mens percipiatur.

7 In hoc capitulo de duabus speciebus procerum fit mentio videlicet de proceribus mercatoribus in illis verbis: *als promens mercaders de la dita Ciutat*: et de proceribus maritimis in illis verbis: *en apres apleguen consell de promens de mar*, insudavi valde qui essent proceres maritimi, & nullus ex mercatoribus peritioribus fuit qui mihi notitiam præberet asserentes, nunquam de talibus habuisse notitiam, nec audiuisse tale. Ex his infero indesuetudinem habuisse tale genus procerum, & sic quod obseruatur est, quod factis procerum mercatorum qui conuocantur à Magnificis Consulibus consilio coram eis legitur processus disputatur negotium, & quando defficile est vel merum iuris continet factum solent dicti Magnifici Consules processum mittere alicui ex Magnificis Aduocatis dictæ Logiæ vt processum videat votumq; suum præbeat quo facto dictus aduocatus viso processu, & illius meritis attentis votum suum in scriptis redigit narrando factum mentionemq; faciendo de deductis per partes cum supplicationibus seu schedulis attentis instrumentis, & testibus concludit iuxta dispositionem iuris qualiter teneantur Magnifici Consules, sententiare concludendo in voto, quod secundum suum sentire debent ex motiuis narratis, sic condemnare vel absoluerè firmatoq; voto per dictum consulentem per scribam defertur processus ad dictos Magnificos Consules qui conuocatis eisdem proceribus decidunt causam, & in scriptis redigunt sententiam, & hoc est quod obseruatur hodierna luce.

11 Pars quæ cupit in causa declarari debet instare cum schedula, quod assignatio fiat ad sententiam, & per iudicem debet fieri assignatio ad certam diem cum *sequentium continuatione*, & vnica tantum vice hæc assignatio fiat iuxta tex. in constit. 63. Regis Philippi in Curijs Montisoni 1585. et sic licet non proferatur dicta die primo assignata potest proferri alia qualibet die virtute illorum verborum cum *sequentium continuatione*, retulit Fontanell. tom. 2. decis. 370. num. 12.

- 12 Sed quæri potest an consules teneantur exprimere motiua in sententia cui dubio respondeo, quod tenentur motiua exprimere iuxta *Constit. 2. tit. de sententijs*, quod intellegendū est si sententia
- 13 est definitiua: motiua enim pars sententiæ sunt Magonius *decis. florent. 47. num. 10. & decis. 54. nu. 1. & decis. 133. nu. 16. Sesse decis. 290. nu. 2. & 6. & decis. 314. Fontan. tom. 1. decis. 287. num. 18. & tom. 2. decis. 342. nu. 3. & decis. 378. idem Fontanell. de pactis tom. 2. claus. 7. glos. 3. par. 10. n. 49. Xammar de officio iudicis part. 1. quest. 15. num. 8.*
- 14 Quæri vltcrius potest an si aliqua motiua ex quibus Iudex, fuit motus ad sic iudicandum falsa sint corruat sententia si alià motiua sint vera, hoc dubium resoluit Alexand. in *leg. impossibilis n. 3. ff. de verborum oblig.* dicens, quod non idem tenet Innocentius in *cap. in presentia de renutiat. Gracus cons. 120. num. 47. lib. 2. Assignando*
- 15 *rationem, quia licet cesset altera ex causis de qua in aliqua dispositione existit non propterea cessat effectus alterius causæ permanentis, J. affinitatis instir. de nuptijs, Decius in cap. litteris de constitutionibus, Gratian. decis. 42. num. 4.*
- 16 Sententia debet proferri per verba clara, certa, non ambigua, sed per verba intelligibilia, verum, & proprium sensum habentia, iuxta *tex. in J. curare inst. de actionibus, Suarez de Paz in praxi. par. 1. tom. 1. tempore 11. & 12. Surdus decis. 295. num. 20. Canc. par. 3. cap. 16. nu. 21. Maranta 6. par. tit. & demum fertur sententia num. 61. quia verba sententiæ strictè debent intelligi, secundum proprium sensum, nec admittunt interpretationem, Canc. var. 3. par. cap. 17. num. 412. cū seq. pluribus per eum relatis Fontanel. tom. 1. decis. 98. num. 5. Surdus*
- 17 *decis. 212. num. 13. Gratian. decis. 214. n. 11. sententia autem debet continere non solum verba illa: pronuntiamus, sententiamus, & declaramus fore, & esse condemnandum, vel absoluendum, sed etiam debent apponi illa, prout condemnamus, vel absoluimus, latè tractaui in addit. ad prax. rub. 24. num. 22. lit. d. idem tradit Vanti. de nulli. processus. Titu. ex defectu. nulli. senten. num. 91. dicens, quod verba illa: condemnandum fore, & esse, cum sint futuri temporis non disponunt, ex Bart. in l. i. C. si aduersus liberta. Ioan. Andreas Speculator de excep. §. viso. verbo, pronunciarum aliud enim est aliquem fore liberandum, aliud liberatum esse, l. quem sub conditione ff. de condi. institutionū glos. in cap. frater. 16. questio. 1. & in cap. super eodē verbo ordinet de offi. delegati, plura alia ad hoc dictus Vant. dicto num. 91.*
- 19 Quæri etiam potest, an Magnifici Consules possint iudicare

ex exemplis respondeo, quod si sunt exempla Regij Supremi Senatus possunt, quia sunt Iudices Superiores, & licet non habeant facultatem leges condendi, vt trad. Ramon. *conf. 3. num. 96.* tamen cum Supremum sit Consilium in similibus causis valde consideranda est sententia lata in dicto Consilio, *ex l. fin. & ibi glos. & Doctores C. de legibus, & in cap. causis de re iudicata, Vincent. de Franch. decis. 238. num. 3. Menoch. de presump. lib. 1. quest. 1. num. 27. & conf. 59. à n. 10. Gutierrez pract. lib. 3. quest. 16. num. 74. Afflictis decis. 96.* Et maxime si sint duo exempla, quia inducitur consuetudo iuxta quam iudicari potest, *ex Bald. in l. de quibus ff. de leg. Calic. in extrauag. iur. cap. 4. fol. 7. num. 5. Vincent. de Franch. decis. 91. num. 16. & alijs a me relatis DD. rub. 24. in prax. num. 29.*

- 20 Licet controuersa sit questio, an Iudex possit ferre sententiã sine partis instantia, iuxta relata à me *in addit. ad prax. rub. 24. de sententijs num. 32. tamen num. 33.* resolutiuè trado, quod vbi instantia est
- 21 peritura, potest Iudex etiam parte non petente ad sententiã deuenire, vt finis litium sit, ita Assinius *in sua prax. 3. par. cap. 165.* Soci. *conf. 177. col. 2. num. 3. ver. igitur in casu nostro, Barto. in l. seia, & augeria ad l. falcid. Vant. de nullit. Titu. ex defectu senten. n. 98.* quia Iudex in causis mere ciuilibus, Iudex non debet se immisceri sine partis instantia, *l. 3. §. hoc autem Iudicium, & ibi Bart. colum. 3. in fine ff. de dampno infec. l. vnic. Cod. vt qua defunt aduo. Francus in cap. delicto quest. 34. de appell. Alex. in dist. l. 1. C. vt qua defunt aduocatis, Bart. & Alex. in l. 1. C. de in rebus aduocato.*

- 22 Aduertat tamen notarius causæ, quod non publicet sententiã die feriata, quia non valebit, *ex l. fi. C. de ferijs Bartolo, & Doctores in l. 2. si quis in ius vocatus Maranta de ordi. iudic. 6. par. tit. & demũ fertur sententia num. 28.* neque de consensu partiũ ambarum, quod intelligendum venit de ferijs introductis in honorem Dei, non autem de his quæ in vtilitatem hominum introductæ sunt, late hunc artic. tractaui *in addit. ad prax. rub. de dilat. à num. 143. cum seq.*

- 24 Sed quæri potest, an si Magnifici Cõsules, & proceres adiuncti, inter se discordant, equaliq; voto diuidantur qualiter eo casu procedatur. Hanc questio. disputat Anton. Thesau. *decis. 1. pedemon. per totam, et resoluit, quod semper standum est seniorũ, conf. & voto ex decis. Franc. Marci. decis. 5. & decis. 292. num. 3. & 5. & decis. 295. num. 4. par. 2.* quia senectus, & experientia calificat votum, Barth. *l. Pomponius ff. de re iudicata, Abbas in cap. prudentiam de offi. &*

*potest. iud. deleg. glo. in cap. in generali ver. ad zelum de elect. lason. et glo. in d. l. Pomponius, facit quod dicit Albericus, & alij alleg. per dic. The-
sau. d. decis. 1. d. num. 8. vers. tamen pro opinione, Barth. quam veriore*
arbitror.

26 Sed quæro, an Magnif. Consules possint sententiam facere moti
ex præsumptionibus quæ oriuntur ex negotio, qua in quæstio-
nes separatas censeo præsumptiones necessarias, à verosimilibus,

27 & quæ hominis dicuntur, vel iuris. Præsumptiones necessarias eas
apello quæ ducuntur ab humanis principijs veluti si exhibeatur chi-
rographum factum 6. Ianuar. Barcinone inter te, & me induci-
tur probatio necessaria me non fuisse Perpiniæ ob locorum dis-
tantiã, vel ducuntur ab indicijs, & coniecturis humana lege pro-

28 batis, quæ dicuntur alio nomine præsumptiones iuris, & de iure
re, illas vero apello præsumptiones iuris, cum quid licet non ne-
cessario probabiliter sequitur, vt si ostendatur chirographum can-
cellatum præsumitur de iure solutio, illas denique iudico verosi-
miles, quæ aliquem tantum colorem habent iuxta ea quæ latè
discurrit. Mennoc. *de præsump. lib. 1. quæst. 3 4. et 5.* ex quibus resoluti-

29 uè procedendo dico, quod in casibus vt supra, vel similibus in
quibus præsumptiones necessariae à natura, vel iuris, & de iure
dantur poterit ex illis iudicari, nõ vero in illis casibus in quibus
præsumptiones solum colorant, tunc enim ex illis solis nequit
sententia fieri, licet ex bono, & æquo non attentis apicibus iuris
soleat in Consulatu iudicari.

30 Quæri etiam vltèrius potest, an Iudex possit corrigere senten-
tiam postquam illam publicauit; cui dubio federe distinctionis,
responder Maranta *6. par. tit. et demum fertur sententia num. 21.* consti-

31 tuens differentiam inter sententiam super intermedio latam, vel
super toto negotio, idest inter interlocutoriã, & diffinitiuam, &
ita quod Iudex possit corrigere interlocutoriã; secus vero dif-
finitiuam, quæ totum negotium dirimit, & ita attestatur d. Ma-
ran. tenere Alexan. *cons. 119. volum. 3. Alex. & DD. in l. Paulus 1. ff. de
re iud. Ferrar. in sua praxi in forma senten. interlocutoria nu. 8. decis. 16. Rotæ
nouæ tit. de re iudicata;* sed absolute non posse eam corrigere
attestatur Ioann. Gutierrez *canoni. quæst. lib. 2. num. 10. ex l. Iudex postea
quam ff. de re iudicata,* quia corrigere propriè est quam actum in se
inu. lidum reualidare, iuxta tradita per eundem Gutierrez *d. c. 2.
num. 14. & hoc tenendum est, & indistinctè seruandum, quia tam*
in

32 in interlocutoria, quam in definitiua ius parti est quaesitum cui Iudex praedecernere non potest, nec partis ius deterius redditur cum ei succurratur per viam supplicationis si est in Supremo Senatu, aut per viam appellationis mutato Assessore si causa tractetur in Magistratu Logiae, aut coram alio inferiori iudice.

33 Solent autem Magnifici Consules quando punctus qui in sententia venit declarandus est difficilis, aut dubius committere vni ex Magnificis Aduocatis Logiae, vt inspecto processu, quod iuris sit determinent, & inscriptis lingua nostra votum in manu propria firmatum tradant, & quamuis sepius Magnifici Consules alijs Doctoribus causas commiserint male tamen eis fuit imputatum, quod non sequerentur exemplar Ciuitatis vbi semper omnes causas decidunt admodum illustres Consiliarij de voto, & consilio Magnificorum Aduocatorum Ciuitatis partibus non suspectorum, quando vero sunt suspecti nominant alios V. I. DD. ad declarandum. Audiui à pluribus Mercatoribus, quod adest deliberatio consilij viginti dicti Consulatus qua dispositum est, quod Magnifici Consules tenentur, & sunt obligati omnes causas Consulatus committere dictis Aduocatis ordinarijs, non enim bonum est assumere panem filiorum, & dare canibus, vt legitur in Evangelio Diui Mathei c. 15.

En lo fet consultat per los Magnífichs senyors Consols de la Llorge entre las parts N. N. acerca (assi se ha de especificar la pretencio de las duas parts) vista la supplicació, ò demanda feta per N. en la qual demana (especificar la demanda) vista la resposta feta per N. (as de narrar la resposta) vistos los articles, y testimonis ministrats donats tal die, mes, y any (as de fer viso de totas las scedulas donadas per totas parts consequitiue, com estan en lo proces escritas, y axi mateix se ha de fer viso de tots los actes respectiue per las parts exhibitas) vistas las intimas, y la relació de aquellas, vist tot lo proces, y tot lo que se auia de veurer, lo Doctor infrascrit es de vot, y parer, ates que dels testimonis ministrats per tal N. sobre los articles pera ell donats tal die, mes y any, ò de tal, y tal acte consta de la justicia de tal, lo Doctor infra escrit es de vot, y parer, que dits Magnífichs Consols deuen condemnar a tal en pagar, &c.

O ates consta, que tal no està obligat al que li es estat demanat, per tal dits senyors Consols deuen absoldra à dit tal.

N. V. I. D.

Lo article de interessos, y despesas lo Doctor consultat especificarà a la fi del vot si les aurà de pagar lo condemnat, ò si serà neutra.

- 34 Cum capite decimo de sententijs loquente disponat, quod Magnifici Consules in illis sibi associent aliquos proceres, dubiū est, an Magnifici Consules teneantur sequi votum consulentium hanc materiam, latè tractat Assinius *in sua prax. §. 25. per tot. dicēs, in cap. 3.* quod tale consilium, & votum intelligatur tantū in definitiua non vero in prouisione interlocutoria, ex mente Bald. *in l. vnic. col. antepenult. num. 12. vers. ex dictis C. ne liceat tertio prouocare*, Aretinus, & alij per dictum Assinium allegati.
- 35 Sed licet frequentior opinio sit, quod nō tenetur sequi Iudex consilium sapientis in Consulatu vero Logię maris debent Magnifici Consules sequi consilium procerum ex illis verbis dicti capituli: *En cas, que los dits Promens de mar nos concorden ab los Promens mercaders, ò afrontar ab aquells nos vullen donen los dits Consols la dita sententia, segons lo Concell de Promens de mar*, quia quando statutum nominatim Iudicem Consilium sapientis sequi vult, & iubet tunc iudex sequi Consilium tenetur ne dispositio statuti elusoria dicatur, latè Assinius *dict. loco.*
- 36 Quæri etiam potest, an si sententia feratur per aliquē ex Magnificis Consulibus qui tempore prolationis erat impeditus si nō fuerit oppositum de defectu valeat; respondeo, quod valebit talis sententia propter publicam vtilitatem secundum Guidon. *Papæ decis. 163. num. 1.* Quia error publicus iudicem conseruat, & sustinet, *l. Barbarius 3. ff. vbi Barrol. & alij, ff. de officio præsidis l. 2. C. de sententijs*, Esbrotius *de potest. vicarij Episcopi lib. 1. quest. 39. à nu. 4. cum seq. vsque ad finem*, ex Innocent. *Abbat. & Felin. in cap. suscitatus de rescriptis*, Vantius *de nullis. processus tit. quibus modis sententia nulla sustineri possit num. 4.*
- 37 Quæri etiam potest, an in causis verbalibus, quæ in scriptis rediguntur possit sententia verbaliter proferri, & resolutiue dico, quod non, sed quod debet in scriptis proferri, & publicari, *ex l. fine C. commi. & epistola adeo*, quod si dispositio sententię publicaretur antequam in scriptis esset redacta nulla esset, *ex l. 2. & 3. C. de senten. ex breui recitandis c. fina. de re iudic. in 6.* adeo, quod si Iudex præposteraret ordinem, vt prius verbo proferret, & postea scriberet esset nulla *Bar. in l. fina. C. de senten. ex breui recetem Vantius de nulli. titu. ex defectu processus num. 70.* latè hoc idem longa commēratione, tradit Maran. *de ordin. iudicio. 6. par. titu. & demum fertur sententia num. 53. Oliba de actio. tom. 1. lib. 2. §. curare num. 5. pag. 341.*

- Debent etiam Magnifici Consules (licet hoc magis incumbat notario, quam illis cum iuris articulus, sit de quo non sunt obligati habere notitiam,) quod si in causa adsit reconuentio super
- 40 ea declarare, quia regulariter sententia debet cōprehendere petitionem, & reconuentionem si tamen omiserint declarare super reconuentione sententia lata super petitione valebit ab omissione
- 41 ne vero reconuentionis appellandum erit, Angel. post glos. in l. 1. §. finali in fine ff. qua senten. sine appella. & ibi glos. Felin. in cap. 1. de mutuis petitio. & ibi glos. verbo in eadem sententia, & ibi Inno. & Alb. in c. 2. de ordi. cog. Vanti. de nulli. ex defect. senten. num. 99.
- 42 Similiter debet notarius aduertere Magnificos Consules, quod si in processu sint deducta diuersa capita quæ diuisa suum continent factum poterunt super certis, & clavis sententiam proferre, quia cū tot sententiæ sint quot capita, l. etiam §. 1. & ibi glos. Bar. & ceteri scribes, ff. de mino. l. dicere l. quid tamen ff. de arbi. l. quaedam mulier ff. fami. herfiscund. Speculat. in tit. de senten. §. iuxta verbo item est nulla. Bald. in l. generaliter 2. col. C. de Epis. cler. in l. scire debemus ff. de verbor. oblig. Guido. Pap. quæst. 27. poterunt aliorum declarationem deferre, quod vt dictum est quando capitula sunt diuersa, & nullam inter se connexitatem habent, quia si sunt coniuncta, & inter se habeant connexitatem necessario sententia omnia debet cōprehendere alias, sententia erit nulla, ex l. in hoc iudicio, & ibi glos. & Bar. cum a. & alij ff. familia herfiscunda l. 1. C. si aduer. rem. iudicatam, quia dicunt scribes, quod hoc casu habet locum regula illa, quod
- 43 utile per inutile viciatur, vt dicunt Doctores in l. sancimus §. 1. C. de dona. Deci. conf. 432. in princip. lib. 3.
- 44
- 45 Sed quæri potest, si sententia facta per Magnificos Consules non contineat in condemnatione quantitatem certam, & declaratam, sed relatam in aliquo instrumento, seu ad quantitatem resultantem ex aliquibus computis valeat, & respondendum est affirmatiuè, quia licet sententia nō exprimat quantitatem certam,
- 46 & specificatam, quia tamē quantitas verificari, & certiorari posset ex instrumentis ad quæ se refert eam dicitur sententiam quid certum continere, Vanti. de nulli. processus ex defect. senten. nu. 104. verbo premissa tamen, l. hac sententia l. 2. C. de senten. quæ sine certa quæst. proferuntur. l. ait Prætor. §. 1. ff. de re iudic. Oliba de actio. tom. 1. lib. 3. §. curare posteriori. pag 172. num. 2. dum ait, quod licet sententia nō contineat certam rem, seu quantitatem valebit si alias verificari potest, ex l. 1.

- 47 *et seq. C. de senten.* quæ sine certa quanti. proferuntur, & sic fuisse
 decifum in nostro Regio Supremo Senatu, refert Canc. 3. 10. var.
cap. 17. num. 105. Vnde valida erit sententia per Magnificos Consu-
 les ferenda cum qua dicant condemnamus N. ad soluendum N.
 quantitatem contentam in chirographo, seu instrumento, seu lit-
 teris cambij sub die, mense, & anno, designando clare instru-
 mentum, ad quod sententia se refert sicuti dicit Maranta *de ordi.*
 48 *ind. 6. par. tit. et demum fertur senten. n. 13.* quod si proferatur sententia
 prout in consilio, & non constet de consilio sententia erit nulla,
 Abb. & alij relati per Maran. *ibidem num. 14.*
 49 Obseruare etiam debent Magnifici Consules in causa decla-
 randa, quod si reus sit iuxta merita processus absoluendus inspi-
 ciant, quod in tenore sententiæ absolute non absoluat reum ne
 videatur in totum absolutus, sed exprimat causa propter quam
 absoluitur, ex Paulo de Castro *l. si ate. num. 1. ff. de excep. rei ind. vt ac-*
tori relinquatur via aperta ad denuo petendum, ex Bar. in l. an
eadem ff. de excep. rei ind. §. actiones num. 12. et 13. Oliba *de actio. tom. 2. lib.*
1. cap. 1. num. 79. vide Canc. *par. 3. cap. 17. à num. 58.*
 50 Vltcrius est sciendum, quod si in eadem causa eueniant trac-
 tandi duo articuli ad inuicem cōtrarij si in declaratione peruer-
 tetur ordo sententia erit nulla, quia prius est declarandus punc-
 tus ille qui parit præiudicium altero, ex Menoch. *conf. 301. num. 39.*
 & ex alijs refert Fontanel. *tom. 1. decis. 71. num. 1.* referens per totam
 quando dicatur contrarietas.
 51 Solent autem condemnare ad solutionem interesse Magnifici
 Consules; & sic opere pretium est videre quando debeat intere-
 esse lucri cessantis, & pretij non soluti, hunc articulum tractat
 Spinus *in speulo testamentorum glosa rubrica 13. par. à tum. 57. vbi num. 59.*
 52 resoluit, quod quādo interesse prouenit ex damno causato ab eo
 qui fuit in mora soluendi, & probetur hoc, & propter morā de-
 bitoris creditor deterior est factus si interesse est considerabile
 tunc à tempore moræ venit interesse soluendum, *ex l. 3. §. si. ff. de eo*
 53 *quod certo loco l. nummis de in litem iurando;* si vero interesse sit extrin-
 secum, & remotum, nec solitus sit cuius pecunia est lucrari tunc
 interesse consideratur tanquam remotum, & ex mora non debe-
 tur, *l. si esterilis §. cum per venditorem de action. emp. quem textum sic*
 intelligendum esse, tenent Abbas, & Ananias *cap. conquestus de v-*
suris Couarrub. lib. 3. var. cap. 4. num. 2. Fulgosius *in l. 1. de action. empt. re-*
 fert

- 54 fert Spino *ibidem num. 60.* & hoc idem sentire videtur don Ludouicus à Peguera *tom. 1. decis. 32* vbi tradens conditiones ex quibus interesse lucri cessantis potest peti si mutuans habeat pecuniam destinatam ad negotiationem, & probato lucro cessante, quod nō liceret peti si ex sola mora deberetur, nisi probaret creditor, quod ex retardata solutione damnum passus fuerit, & hoc idem approbare censetur, idem Peguera *decis. sequent. num. 9.* hanc decisionem refert, & sequitur Cancer. *3. som. varia. cap. 7. num. 44.*
- 55 Si vero debitum procedat ex mutuo nō debetur interesse nisi à principio protestatus fuerit de interesse dāni emergentis, vel lucri cessantis, quia si protestatus fuerit sibi imputeretur mora, & sic soluat interesse dummodo tamen probet creditor lucrum cessasse, ita Peguera *dict. vlt. decis. num. 10. et 11.* ex quibus contractus de quo in dicta decisione fit mentio fuit vsurarius declaratus, quia qualitates prædictæ non erant expressè in principio contractus,
- 56 potest enim propter interesse lucri cessantis à principio taxari interesse ex partium conuentione etiam in mutuo, ex traditis à Fōr. *de pact. nup. tom. 2. claus. 5. glos. 9. à num. 12.* quod intelligendum venit, quod interesse sit proportionabile, non vero excessiuum, vt declarat ex diuersis decisionibus dictus Fontanel. *dict. glos. à num. 18. & maxime numer. 19.* declarans propositionem illam iuris mutuū dantes.
- 57 Sed quid dicendum erit in mercatoribus, an eo ipso, quod mercator sit, debeat ei interesse lucri cessantis, Fontanella *tom. 1. decis. 91. num. 8.* inter alia quæ refert in fauorem mercatorum negociantium attestatur, quod signanter est introductum eorum fauore interesse lucri cessantis, quod attestatur esse tam privilegiatum, vt est notorium, & hoc corroborat pluribus Doctorib⁹ allegatis per Ioannem del Castillo, Sotomajor *quoridia. controuer. iur. lib. 2. cap. 1. per totum*, quem singularem nominet dictus Fontan. in enartandis, & adducendis omnibus Doctoribus, qui de hac materia melius, ac latius tractarunt singulariter etiam Mestrik. *decis. Sicilia 245. per totum lib. 3.* Blasius Flores de Mena *in additioni. ad Gammam decis. 110.* Gratianus *discept. foren. 240. lib. 2.* & in tantum fauorem mercatorum introductum fuit lucrum cessans, vt dicat Fontanella *in allegata decis. 91. num. 8.* quod nō solum extenditur ad vsuras, verum etiam ad vsuras vsuratum, ex Rotta Genuen. *decis. 78. ex num. 15.*

- 59 Sed videamus respectu mercatorum à quo tempore debeantur
 vusuræ, cui dubio resolutionem possumus dare, ex traditis à Fō-
 tanella *dict. decis. à num. 13.* vbi attestatur de suo tempore, non vi-
 disse decisiones refert tamen tres de nostro Supremo Senatu. Pri-
 mam factam 30. Octobris 1554. Secunda 31. dictorum. Tertia 19.
 60 Octobris 1573. in quibus omnibus interesse fuit adiudicatū mer-
 catoribus à die extrajudicialis petitionis, & adeo est verum, quod
 solum mercatoribus debetur interesse lucri cessantis, & non alijs,
 quod si mercator qui solitus est lucrari ad rationem duorum so-
 lidorum pro libra cesserit sortem principalem debiti alteri non
 61 mercatori ille tertius non lucrabitur nisi dimidium interesse à die
 quo cessio fuit sibi facta, & intimatam debitori, ita in Regio Su-
 premo Concilio nostro declaratum refert Michael Ferrer *3. par.
 obseruationum cap. 387.* fauore enim mercatorum attestatur Fontan.
tom. 1. decis. 91. nu. 5. in multis casibus licitum esse mercatoribus sol-
 uere interesse, quod soluere alijs non est licitum ex traditis per
 Cagnol. *in l. 1. ff. de senten.* quæ pro eo quod interest. Rota Genuæ.
185. num. 3. hoc autem, quod dictum est de solutione interesse ne
 existimet quis locum solum habere in mercatoribus matriculatis,
 sed etiam in negociatoribus, quia sic etiam mercatores dicuntur,
 vt de clericis mercatura sit prohibita, & casu quo illam exercent
 priuilegium clericale amittere, tradit Fontanel. *tom. 2. decis. 518. per
 totam,* mercator enim propriè dicitur ille qui mercaturiam exer-
 cet artem emendo, vendendo, Cancer. *3. tom. cap. 10. à nu. 11.* & plu-
 res per eum allegati.
- 62 Si vero his qui petit non sit mercator solum lucrabitur inte-
 resse à die petitionis, & ad rationem solidi pro libra, ex Ferrer. *c.
 384. & 385.* Fontanel. *de pact. nup. tom. 2. claus. 6. par. 6. à num. 68.* hanc
- 63 enim differentiam soluendi interesse mercatori, vel non merca-
 tori principium dicunt habere antiquum, ex *l. 105. C. de vsu.* iuxta
 tradita per Caualcum *decis. 35. num. 7. par. 1.* idem Caualcum *de-
 cis. 22. à num. 24. cum sequentibus,* Cauallo *cons. 46. num. 5. lib. 1.* quod si ip-
 se reus introductione causæ facta obtulerit capitale debiti nō cō-
 demnabitur ad interesse temporis lapsa, iuxta relata per dictum
- 64 Ferrer. sequitur Cancer. *tom. 3. var. cap. 7. num. 45.* Illa vero cui cessio
 facta fuerit si sit ex causa onerosa lucrabitur idem interesse, quod
 lucraretur cedens secus vero si cessio facta sit ex causa volunta-
 ria, & vili Cancer. *dict. cap. 7. num. 45.* ex pluribus Doctoribus per
 eum relatis.

- 65 Ex prædictis aparet cuilibet mercatori solito negotiari deberi interesse mercantile, probato tamen ipsum solitum esse negotiari ex eo enim solum præsumitur non habuisse pecuniam mortuam, iuxta relata per Fontanel. *dict. decis. 91. numer. 3.* vbi est Mar. Mut. *decis. civil. 42. num. 30.* & de mercatoribus Florentinis dicit Giraca *de mercatu. 2. par. num. 24.* & ex Socin. *conf. 87. colu. penul. vol. 1.* quod
- 66 non sinunt pecunias dormire, est autem mercantile interesse taxatum ad rationem duorum solidorum pro libra, iuxta relata per Cancer. *3. tom. variar. cap. 7. de pact. num. 75.* ordinarium vero interesse est ad rationem solidi pro libra.
- 67 Quæri etiam potest interesse qualiter computandum sit, si quantitas ad cuius solutionem reus est condemnatus est incerta. Respondetur, quod à die quo liquidata fuerit quantitas ad cuius solutionem reus condemnatus est, & ita fuit decisum in Regia Audientia 26. Iulij 1551. teste Michaelae Ferrer *3. par. observationum. 6. 201.* fundando se in decisione Parlamenti Delfinatis relata per Guidonem Papa *quest. 498. vers. perque iura*, Bartolus, & Baldus *in l. acceptam in fi. Cod. de usuris per tex. in l. 2. ff. de usuris.*
- 68 Euenit quod Magnifici Consules condemnarunt aliquem ad solutionem certæ quantitatis pro aliquo cambio, & in certa quantitate pro interesse decurso dicti cambij; debitor condemnatus fuit morosus in solutione prædictarum quantitatum, postea decurso tempore creditor petijt dictas quantitates, & interesse earum; fuit dubitatum, an deberet solui interesse de illa quantitate quæ iam erat taxata pro fructibus cambij; videbatur dicendum, quod non cum usuræ usurarum, vel interesse de interesse non debeatur, *ex l. fin. C. de usuris*, cum alijs allegatis per Fontanel. *tom. 1. decis. 201. num. 2.* Tamen iuxta ea quæ refert *decis. 205. à num. 2.* vbi incipit tractare quando pensiones censualium petitæ pariunt fructus exclamans vtinam non suscepisset talem tractare dubietatem tandem post longam disceptatam quæstionem pluribus Doctoribus
- 70 & decisionibus allegatis, resoluit à nu. 6. cum seq. quod propter moram debitoris pensiones decursæ iudicantur, vt fors, & ex eis debetur interesse. Sic similiter existimo, quod ob tardatam solutionem interesse dicti cambij debebitur interesse, quia non attenditur procedere ex cambio, quia de pretio illius iam non extat cō-
- 71 sideratio sicuti de censuali, refert Fontanel. *dicta decis. 105. numer. 5.* dicens, quod pretium capitale sit de mortuum, prædictum enim

interesse prouenit ex mora debitoris qui non debet locupletari cum iactura creditoris. Sed ponamus, quod sententia lata sit nulla ex aliqua iuris causa, quæ nullitatem causat, & ab ea sit appellatum, & in causis appellationis fuerit confirmata, an ex confirmatione reualidetur, & valida dicatur.

- 72 Cui dubio responderetur, talem primitiuam sententiam semper nullitatis vitio affectam esse, quia quod nullum est non potest confirmari, *cap. non firmatur, & ibi Din. ff. de reg. iur. in 6. l. quod initio ff. eod.* Gramma. *decis. 66. nu. 52.* Confirmatio enim semper secum habet clausulam quatenus validum sit, quod confirmat Innocent. *in cap. dudum de deci. & ibi Abb. num. 11. Alex. cons. 122. nu. 32. vol. 4. Crauet. cons. 425. num. 72. vol. 4. Surd. decis. 239. num. 10. Ripa cons. 9. num. 6. &*
- 74 *cons. 53. num. 7.* quemadmodum esset nulla sententia si fuisset lata contra falsum procuratorem, quia tunc nec principalis posset ratificare factum procuratoris cum esset nullum, quod intelligendum est quando nullitas cadit super persona procuratoris, veluti si procurator esset seruus, vel Monachus, aut Religiosus sine licentia Superioris, aut ex alia causa esset inhabilis, vt dicit Bald. *in l. si creditoribus in fine C. de seruo pignori dato. manu,* quia si nullitas procederet ex eo solum quo procurator non haberet mandatum posset hoc ratificari per principale cuius nomine comparuit alias frustaneus esset titulus. *ff. C. de nego. gestis,* eum in eis agatur de his qui negotijs pro alijs se opponunt sine eorum mandato ratificationem principalis.
- 76 Sed ponemus, quod quis obtinuit in Consulatu sententiam in sui fauorem, quæ in rem iudicatam fuit transacta super, & postea super iudicatis compromisserunt dubium extitit, an ille qui sententiam obtinuerat posset de illa se iuuare, & licet appareret, quod poterat se iuuare eo, quod sententia semper continet quid certum, & clarum cum de albo faciat nigrum, *Surd. decis. 170. num.*
- 77 *11. & sic super certo, & claro non cadat compromissum, seu transactio cum debent esse de re incerta, aut dubia, l. 1. C. de transact. & sic posset cogitari sententiam in suo robore remanere, & ex eo agi possit fuerunt aliqui in opinione, quod facto compromisso, seu transactione robur sententiæ euanescit, & ex ea agi non potest,* quia pars quæ habebat interesse ex ea censetur renunciassse, ius illud sibi ex ea competens, *Roma. cons. 369. Deci. in cap. praterea num. 6. circa finem, vers. secundo potest responderi. ex de off. deleg. Caltren.*

- 79 *ren. in l. si causa cognita, C. de transact. Cephal. conf. 772. num. 35. quod non solum habet locum respectu illius qui sententiam obtinuit, sed etiam contra eius heredem si de illa scientiam habuerit, & de ea mentionem fecerit.*
- 80 Vera tamen resolutio est, quod non sufficit habere scientiam sententiæ, vt compromisso facto censeatur extincta actio, quæ ex ea oritur, sed necessarium est, quod de sententia fiat indiuidua mentio, vt ex mente Bald. *in l. si diuersa C. de transa. Castré. & Alex. in l. si causa cognita C. eod. & ex Alex. Iaso. & alijs, refert Surdus decis. 185. à num. 5. cum sequentibus.*
- 81 Nuper euenit casus, qui consultus fuit à Magnificis Consulibus, Magnifico Baptista Monfar & Sortis Ciui honorato, & mihi vti Aduocatis dicti Consulatus, qui decisus fuit à Magnificis Consulibus iuxta resolutionem, & quia casus frequentissimus esse potest hic refertur; euenit igitur, quod fuit vendita quædam quantitas tritici Iacobo Cortada mercatori, eidemq; certa quantitas eiusdem tritici in sacco tradita, vulgo dicta *per mostra*, euenit postea, quod tempore traditionis tritici intra Cimbar, seu Barcam existentis in porta Ciuitatis aparuit triticum non esse eiusdem bonitatis illius in sacco *de la mostra* existentis; fuit dubitationis, an liceret dicto Cortada à dicta emptione totaliter recedere ac si contractus non fuisset celebratus; an veto liceret eidem Cortada contra venditorem actione quanti minoris, vëditor è contra prætendebat sibi licere à venditione recedere, & attento quod triticum totaliter non erat corruptum, sed in parte adhuc minima, & sic quod licet esset deterius illo quod fuit traditum *per mostra*, cū esset receptibile non dicto venditori esse electionem recedendi à dicto contractu, sed dicto Cortada licere agere contra venditorè
- 82 actione quanti minoris ex causa deteriorationis, *ex l. i. §. tom. i. ff. de adilitio edito l. sciendum §. tempus ff. eod. Anton. Gom. var. resolut. par. 2. cap. 2. numer. 48. idem tradit Salgado in tractatu libirinho de commercijs vers. redditoria actio. & sic fuit declaratum.*



De executione sententiarum.

S V M M A R I V M.

- E**Xecutio sententia in Consulatu, qualiter fiat. num.1.
 Bona qua possunt vendi in executionem sententia. num.2.
 Venditio bonorum excussorum, qualiter fiat. num.3.
 Pretia processa ex venditione, qualiter distribuenda. num.4.
 Praconium est fiendum si plures sint creditores condemnati. nu.5.
 Publicato praconio, quid fiendum. num.6.
 Executio contra absentem, qualiter fiat. num.7.
 Quaestiones varia referuntur circa executionem sententiarum n. 8.
 Executio debet fieri cum minori damno excusi. num.9.
 Executio quando possit incipere à bonis immobilibus. num.10.
 Iudice requisito recusante obedire litteris requisitorijs, qualiter procedendum, num.11.
 Marcha quando declarari possit. num.12.
 Executio cum litteris subsidiarijs debet fieri iuxta formam loci ubi determinatur executio. num.13.
 Plures condemnati vna sententia, an dicantur insolidum. num.14.
 Plures obligati insolidum quando censeantur condemnati insolidum. numero 15.
 Executio, an possit fieri in nauigijs. num.16.
 Navigatio in nauigijs consistit. num.17.
 Exequi non possunt certa bona. num.18.
 Nauigia quando possint exequi. num.19.
 Vita hominis in quibus consistit num.30.
 Frequentiora ius inspicit. num.21.
 Bona agricultura vendi non possunt. num 22.
 Exequi non possunt certa bona. num.23.
 Sententia nulla, an exequi possit per Consules. nu.24.
 Sententia nulla exequi non potest. num.25.
 Sententia nulla, an possit exequi si non opponatur de nullitate. num.26.
 Exequi potest sententia nulla praestita cautione. num.27.
 Exceptio est actionis exclusio. num.28.
 Cautio est de substantia iudicij. num.29.
 Exequi, an possit sententia lata contra laicum si tempore executionis est clericus. num.30.

- Bona secularis si perueniant ad monasterium qualiter iudicanda. num. 31.
- Executio contra bona, qui cum condemnatus fuit erat secularis, tempore executionis clericus est fienda cum assistencia Curie Ecclesiastica. num. 32.
- Cautio, an sit praestanda ante executionem, vel sufficiat postea. num. 33.
- Res Sacra, & Religiosa non possunt vendi, nec describi in inventario pro executione. num. 34.
- Cautio est danda pro exequenda sententia. num. 35.
- Fideiussoribus non repertis, quid fiendum. num. 36. & 37.
- Depositum in tabula pro executione sententiae, qualiter liberatur auctori. numer. 38.
- Iuratoria cautio, an admitatur in executione sententiae. num. 39.
- Iuratoria cautio, non admititur in Cathalonia pro executione sententiae. numer. 40.
- Condemnatus ad certam quantitatem offerri possit aliquod corpus: ut vendatur. num. 41.
- Solui, an possit aliud pro alio. num. 42.
- Scimatio rei insolutum data, qualiter fienda. n. 43.
- Datio insolutum, qualiter percipiatur. num. 44.
- Exequi an possit sententia in quantitate alicuius mercantiae antequam firmetur. num. 45. & 46.
- Liquidatio quantitatis debita, quando fieri possit. num. 47.
- Fideiussores dati pro executione sententiae, qualiter remaneant obligati. numer. 48.
- Fideiussores dati in Consulatui si causa fuerit euocata ad Reg. Aud. an remaneant obligati fideiussores. num. 49.
- Iudex ad quem, an succedat Iudici à quo. num. 50.
- Mutatio iudicij quid opereatur. num. 51.
- Executio sententiae, an fieri possit contra fideiussores de iudicio cisti. numer. 52.
- Dictio statim, quid significet. num. 53.
- Fideiussor, an habeat exceptiones sibi competentes. num. 54.
- Fideiussor contractus qualiter obligatus sit. num. 55.
- Pluribus condemnatus qui erant obligati insolidum, an possint exequi insolidum, vel pro virili. num. 56. & 57.
- Compensatio, an admitatur in executione. num. 58.
- Compensatio quantitatis liquide ad inliquidam, & è contra an admitatur. numer. 59.
- Compensatio non est vera exceptio. num. 60.

- Compensatio, an admitatur de vna causa ad aliam. num. 61.
 Restitutio in integrum, an impediatur executionem. num. 62.
 Restitutio in integrum, quando dicatur malitiosè peti. num. 63.
 Restitutio in integrum, qualiter praticetur. num. 64.
 Lasso ad obtinendam restitutionem, qualis debeat esse. num. 65.
 Restitutio in integrum faciliter conceditur ad probandum. num. 66.
 Executio sententiæ suspenditur vbi in restitutione petita adest fumus iustitiæ. num. 67.
 Executio facta pro maiori quantitate debiti, an annulletur in totum, vel sustineatur in parte. num. 68.
 Sententia lata contra defunctum, an valeat. num. 69.
 Executio contra heredes condemnatos, qualiter fienda. num. 70.
 Bistracta exequi possunt, non obstante quacunque inhibitione. num. 71.
 Atentare non dicitur qui bistracta exequitur. num. 72.
 Sententia in Consulatū execuntur vsque ad quadraginta libras, non obstante appellatione. num. 73.
 Pignora capta pro executione quo sint defferenda ad custodiam. num. 74.
 Compensatio, quando admitatur. num. 75.
 Compensatio si per partem non opponatur, non est in consideratione. num. 76.
 Compensatio vna tantum vice est apponenda. num. 77.
 Compensationis exceptio est diuersa ab alijs exceptionibus. num. 78.
 Exceptiones opposita, quando producant effectum. num. 79.
 Compensatio qualiter debeat esse. num. 80.
 Compensatio quando fit apponenda. num. 81.
 Compensatio de quibus rebus possit opponi. num. 82.

C A P. XVIII.

- 1 **D**E executione sententiarum duo sunt capita in libro Consulatū de ea disponentia fol. 4. Primum disponens, quod Cōsules prius procedant ad executionē mobilium præcedente mandato parti condemnata, vt intra decem à die præsentationis dicti mandati pareat sententiæ, & soluat illud, ad quod fuit condemnatus, aut designat bona mobilia libera in quibus possit executio decerni, & huiusmodi bona quæ venalia debent exponi iuxta dispositionem capituli 24. offerri possunt esse nauigia, seu alia designanda per condemnatum, quæ debent subhastari per cursorum publicum per spatium decem dierum, & ipsis elapsis per dictum
- 2

3 dictum cursorem liberari plus offerenti, & ex pretio soluentur ante omnia omnes expensæ factæ in lite præstita tamen cautione legitima per creditorem exequentem, quod si aparuerint creditores anteriores restituet pecunias à se acceptas.

4 Similiter statutum est cap. 25, quod si actor sit alienigena, seu Ciuitatis populatus, & non inueniat fideiussores pro prædictis præstito iuramento per eum fit præconium publicum cum tuba qua publicetur, quod si in bonis condemnati, & excusi sint aliqui creditores se opponat antequam pecunia processa ex distractione bonorum condemnati tradatur debet autem tempus præfigi in dicto præconio triginta dierum ad comparandum coram dictis Magnificis Consulibus ad docendum de iure suo quibus elapsis si non comparuerint procedetur ad liberationem pecuniæ processæ ex venditione bonorum dicti condemnati.

6 Publicato dicto præconio si non comparuerint aliqui creditores tunc Magnifici Consules lapsis dictis triginta diebus liberabunt dicto creditori pecuniam processam ex venditione sine fideiussoribus.

7 Vltius statutum est, seu dispositum in eodem folio dicti libri capite 26. quod si condemnatus fuerit alienigena bonaque mobilia in hac Ciuitate nõ habeat tunc Magnifici Consules mandant expediri litteras executoriales, subsidiarias, directas, Iudici Baiulo, seu Vicario condemnati cum quibus narrant factum causæ, & quod in ipsa fuit declaratum sententialiter sententia, quæ in rem iudicatam transferit, vel quod fuit confirmata per Iudicem appellationum cum quæ ad illius executionem dictus condemnatus in præsentem Ciuitate non habeat bona mobilia necessarioque sit deueniendum ad distractionem, & venditionem bonorum mobilium sitorum in suo territorio, ideo requirunt eum, quod decernat executionem dictæ sententiæ vsque ad quantitatem in ea expressam vnacum expensis factis, & fiendis, & hæ litteræ præsentantur Officiali cui subditus est ipse condemnatus.

8 Ultra prædicta nihil aliud disponunt capitula dicti libri Consulatus frequentiores tamen quæstiones quæ circa executionem sententiarum occurrere possunt referam, vt facilius in eodẽ Magistratu inspicere possit dubium occurrens, tum quia præmunt me Magnifici Consules, quod finem imponã huic libello, eo quod suum tempus prædictorum Consulium labitur. Sciendum primo

- 9 est quod executio debet fieri semper cum minori damno condemnati, ex vulgata lege à diuo Pio *J. in venditione ff. de re iudicata*, & ibi Bartolus, & communiter scribentes latius in rubrica de cambijs, & eorum executione ad quem te refero, & sic licet executio
- 10 debeat incipere à bonis mobilibus si tamen pars se obtulerit parere sententię nō est seruandus ordo prædictus, sed poterit incipi executio à quibuscunque bonis, iuxta relata per Maranta *6. par. tit. de executione sententię à num. 11. Sotomajor controuer. quotidiana. de usufructu lib. 1. cap. 41. à num. 5. quia eo ipso, quod condemnatus offert sponte bona sua creditori facultatem dat eidem eligendi meliora si vult ex authentica nisi, Cod. de solutionib. Alexander in d. l. à diuo Pio J. in venditione col. 1.*
- 11 Cum autem supradictum sit vltimo loco, quod litteræ executoriales expediantur, videndum est quid fiendum casu quo Iudex requisitus polit obedire dictis litteris, hoc dubiū tractaui in *meis additionibus rubr. 29. de executione senten. num. 69. circa litteras emanatas à Regia Audiētia quibus Officialis ordinarius recusat parere, quę doctrina non adæquatur nostrę dubitationi quare existimo hoc casu supplicationem esse offerendam per actorem narrando factum, exhibendo litteras requisitorias præsentationem earum, & retardationem Iudicis requisiti petendo marcham declarari quibus*
- 12 *constitis corā Magnificis Iudicibus prouidentur litteræ munitoria, iuxta modum à me tradito in praxi Curię Regentis Vicariam Barcinone à folio 581. ad quem locum poterit recurrere cupidus sciendi modum alias enim multum esset hic transcribēdū cū ad declarationem marchę tres litteræ præcedere debeant.*
- 13 Quod dicitur in vltimo capitulo allegato, quod venditio fiat virtute litterarum subsidiarium, iuxta stylum loci vbi decernitur executio cōformis est dispositioni iuris communis, iuxta Doctores in *l. si fundus ff. de emptionibus, l. quero ff. de solutionibus, l. haeres absens ff. de iudicijs Francus, & Archidiaconus in cap. Romana de foro competenten. Guido Pap. decis. 393. Ludouisius decis. 352. num. 8. Thomas Serdan de visitatione carceris cap. 12. num. 3. Cancer 2. tom. cap. 3. nu. 20. & cap. 15. num. 34. & alij per me relati ad dictam praxim rubr. 29. num. 70.*
- 14 Sed quid dicendum erit, si plures conuenti fuerint in Consu-
latu, & contra illum non expresso, quod singuli teneantur in-
solidum fuerit prolata sententia, an exequi possit contra vnum pro
virili, an vero pro tota quantitate quam quæstionem tetigi, di-
sta

15 *ita rubrica 29. à num. 14. ex doctrina Zacij in l. Paulus ff. de re iudic. vbi dicit, quod obligati in solidum, & vna sententia condemnati pro parte virili exiguntur, rationem assignat diuersis limitationibus explicans reassumens, quod aut indiuiduum est debitum, aut nō, quia si diuiduum est vnusquisque pro sua parte liberatur soluendo; si debitum vero est indiuiduum, non quia solutione partis non extinguitur obligatio.*

16 Magna tamen oritur difficultas ex dicto capitulo 24. & 26. quibus insinuatur, & disponitur, quod prius executio fiat in nauigijs, vt ex illis verbis dictorum capitulorum inspicitur in 24. vbi legitur: *Feta la oferta de bens mobles axi de vaxells, & in capitulo 26. si cas serà quel condemnat bens mobles alguns no aurà vaxells de mar, è altres* quibus verbis insinuatur, & disponitur, quod marinerij possint
 17 exequi in nauigijs nam cum in nauigijs cōsistat negotiatio ipsius artis mercantiæ videbatur dicendum non posse exequi, nec ven-
 18 di nauigia quemadmodum statutū est in bobus aratorijs, & instrumentis rusticalibus, iuxta legem executores, & in authentica agricultores C. *quæ res pignori obligari possunt, latè retuli in addit. ad prax. d. rub. 29. n. 27.* ad quā te remitto huic tamen dubio licet possimus responde-
 19 re cū vulgari illo dicto durū est, sed ita scriptū est respōderi tamen meo videri potest, quod venditio dictorum nauigiorum in dictis capitulis non absolutè permittitur, sed casu quo dictus
 20 condemnatus nulla alia bona habeat, iuxta glos. 1. in l. executores, C. *quæ res pignori obligari possunt, que se fundat in l. stipendia C. de executione rei iudicata,* vbi publica stipendia vendi non possunt, quia cum principaliter in negotiatione nauigij non consistat totaliter negotiatio sicuti vita hominis in agricultura, vt tenet Menochius de ar-
 21 bitr. lib. 2. centur. 4. casu 378. num. 2. tanquam ad frequentiora ex quib⁹ vita hominis pendet, ius attendit, iuxta legem nā ad ea ff. de reg. iur. prohibendo in rebus agriculturæ non decerni executionē in venditione autem nauigij alijs bonis non extantibus posse fieri alia,
 22 *retuli in dict. rubr. 29. à num. 77.* licet autem non possint exequi bona, nec animalia ad culturam designata, & seruientia, vt dictum est, & refert Codex Fabrianus lib. 8. tit. 6. defn. 16. in princip. eo quod in obligatione non veniunt, quæ verosimiliter non essent obliganda indequæ neque pignori dari possunt tamen insolūtū debiti principalis ipse res possunt tradi ex dicta decisione, neque poterunt
 23 exequi. vestes necessariæ qualia sunt lectum; & consequenter necessaria

cessaria ad illud dummodo remaneant necessaria, ut dictum est, cum hæc non transeant in hypothecam, iuxta Bartoli doctrinam in l. 1. Cod. quæ res pignori obligari possint, & ibi Baldus, & DD. quod confirmant, ex l. penul. ff. de cessione bonorum, ubi tenent quod cedenti bonis vestes necessariè non comprehenduntur in cessione.

- 24 Sed quæro si sententia Magnificorum Consulum esset nulla aliqua nullitate, an ipsi Consules possent eam ad executionem perducere, etiam si minor esset quadringentarum librarum & huic dubio responderetur, quod si sententia esset nulla, & de nullitate pars condemnata diceret tunc Magnifici Consules non possent eam
- 25 exequi mandare: quia sententia nulla non est sententia, Viuius decis. 53. num. 7. Antonius à Canario in tractatu de executio. instrum. quest. 11. num. 23. Cancer 3 par. cap. 17. num. 38. notat Fontanella decis. 458. nu. 4.
- 26 Est tamen aduerrendum, quod licet dicta sententia nulla posset exequi non opposita exceptione nullitatis per partem ipsa tamen non transit in iudicatum, & sic voluerunt aliqui executionem decerni non posse, tamen sum in opinione, quod si exceptio nullitatis per partem non opponatur præstita cautione poterit exequi saluum tamen ius remanebit parti ad dicendum de nullitate illius in vim exceptionis: quia cum sententia habeat præsumptionem pro se nihil mirum, quod exequatur non opposita dicta nullitatis exceptione, cum ipsa exceptio sit actionis exclusio habeatque actorem actionem ex re iudicata, & præsumptio sententiæ latæ pro actore existat, namque cautio à petente executionem debet præstari etiam si à reo non petatur; quia cautio est de essentia, & substantia iudicij, & sic absolutè est præstanda,
- 29 Minsingerius obser. 6. centur. 1. Caualecanus de usufructu mulieris relicto num. 91. & 132. Cancer 3 par. cap. 17. à num. 151. & maxime à num. 255. expressius Iason conf. 191. per totum, vol. 2. Beroius quest. familiari 79. & 82. Surdo decis. 57. Eringio de fideiussoribus par. 1. cap. 6. num. 31. retuli variarum mearum capite ultimo num. 284.
- 30 Sed quid dicendum erit, an si Consules declarauerint eo tempore quo reus erat laicus, & tempore quo decernitur executio factus erat clericus, hanc quæstionem tractat, & resoluit in sua præf. ff. 31. cap. 2. ampliatione 30. ubi dicit, quod si condemnatus post condemnationem efficiatur Monachus; quod poterit exequi sententia in bonis quæ fuerunt dicti Monachi, quia licet peruenierint ad Monasterium sententur tamen ea peruenisse deducto ære alieno

ex Ioanne Andrea in cap. 1. de obligationibus in nouellis, quam refert, & sequitur Baldus in cap. si vero Archiepiscopus num. 9. vers. quaro, qualiter fiat executio in titulo: qui successor feudi dat. tenen. in vsibus feudorum ex traditis tamen à dicto Assinio non remanet decissa principalis quæstio cū solum decissa remaneat, quod bona Monachi remanent obligata pro rebus ad quas fuit condemnatus cum secularis esset unde quoad executionem dico, quod fienda erit cum assistentia Curia Ecclesiasticæ, vt supra dictum est.

33 Solet pro executione sententiæ præstari cautio dubium est, an ante executionem sit præstanda cautio, vel an sufficiat cam postea præstare quando à sententia est appellatum, quando enim à sententia non est appellatum nō indiget cautione, quando vero est appellatum tunc locum habet cautionis præstatio quæ nō solum sufficit, quod offeratur ante executionem, sed requiritur quod realiter præstetur, iuxta decisiones Regij nostri Supremi Senatus in prima instantia, & in causa supplicationis confirmatoria, refert noster Fontanella tom. 1. decis. 165. quod præsensit Canc. variar. resol. tom. 3. cap. 11. num. 255. vbi postquam ventilauit quæstionē à num. 251. dist. num. 255. resolutiuè asserit etiam non petita cautione deberi præstari ab eò qui executionem instat.

34 Aduertat tamen Officiales qui exeuntur sententiam ne in inuentario describant res sacras, & ad cultum diuinum destinata qualiter sunt calices, patenæ, libri, vestes ad sacrificiū Missæ destinatae; hæc enim omnia non sunt in commercio hominum, & sic non possunt vendi, nec pignori tradi textus expressus in cap. 1. de pignorib. & hypothesis, & ibi glosa, & cōmuniter scribentes, Latius Reduanus de reb. Eccles. non alienand. quæst. 7. fere per totam, & sic cum in commercio non sint prædictæ res non erunt in inuentario describendæ cum ad earum distractionem perueniri non possit.

35 Pro executione sententiæ dandi sunt fideiussores, iuxta expressum textum in cap. 24. Consularis pag. 4. ibi: Donant fermanças de tornador si algu aparaxera primer en temps millor, en dret en lo dit preu.

36 Sed quid dicendum erit si ipse non inuenerit fideiussores, an sufficiat iuratoriam cautionem præstare, hanc quæstionem tractat Guido Papæ decis. 189. rationes pro vtraque parte adducens, ita vt ex per eam relatis vix possit resolutio summe, maxime si attendamus ad tradita per Villalobos in sua summa tom. 1. tract. 16. difficul. 20. à num. 8. cum sequen. & eodem 10. tract. 27. de Bulla Cruciatæ verbo

- y censuras num. 2.* dicens, quod in omni casu in quo non reperiuntur fideiussores admitatur iuratoria cautio, & de perplexu huius resolutionis idem se refert Cancer *3. tomo variarum cap. 17. à num. 247. cum sequent.* dicens; medium quendá obseruari in nostra Cathalonia videlicet, quod si is qui obtinuit non inueniat fideiussores, & iuret se non inuenisse fecisseque diligentias ad eos inueniendum, quod hoc casu quantitas ad quam reus fuit condemnatus deponitur in tabula cambij præsentis Ciuitatis pro executione dictæ sententiæ.
- 37 Sed hæc Cancerij resolutio salua tanti viri pace non resoluit dubium quæsitum quinimo facto deposito in tabula quantitas actori non liberatur, nisi præstet cautionem quo casu iterum ventilatur dubium de præstanda cautione pro solta fienda.
- 38 Quare non desunt qui assentiant traditis per Assinium *in sua praxi §. 31. cap. 2. ampliat. 9. à num. 7. et maxime à numer. 8. per totum*, licet enim in eodem numero versiculo verum in contrario adducat aliqua resolutiuè tamen tradit dum *num. 9.* videtur insinuare iuratoriam sufficere dum tradit formam seruandam in præstatione iuramenti videlicet se diligentias fecisse ad inueniendum fideiussores omnes quas potuit, & non reperisse, nõ displicet, quod tradit Eringius *de fideiussorib. cap. 11. num. 30.* vbi ex obseruatione Cameræ Imperialis, attestatur Minsingerius *centur. 2. obser. 11.* quot approbat Magonius *decis. Lucencis 6. num. 2.* quod casu quo actor sit persona suspecta sententia non exequatur præstita iuratoria cautione, sed quod spectetur confirmatio dictæ sententiæ primeuæ.
- 40 Sed vera resolutio quoad nos est desumēda, ex relatis per Fontanella *tom. 2. decis. 411. vbi num. 5.* absolutè refert in nostro Supremo Senatu nunquam admitti iuratoriam cautionem, etiam si is qui sententiam obtinuit sit pauper, sed quod patientiam sustineat, quod sententia primitiua sit cōfirmata, & ideo resolutio est, quod in executione sententiæ à qua appellatum est non admitatur executio per cautionem iuratoriam.
- 41 Vtterius quæri potest, an si quis fuerit condemnatus ad certā pecuniæ quantitatem si illam non habeat possit aliquod corpus insolutum dare, hanc quæstionem tractat Thesau. *decis. 153. per tot.* disputans authenticam hoc nisi debitor *Cod. de solutionib.* asserens, quod inuito creditore aliud pro alio dari non posse, *ex vulgata lege in l. a. §. muni dacio,* & ibi lason *ff. si certum petat.* sed receptior sententia

42 tentia est, quod licet verum sit, quod aliud pro alio solui nō po-
 test tamen debitore non habente pecunias potest offerre corpus
 vt ex valore illius creditor satisfiat exponendo illud in publica
 subhastatione, & pretio reperto ex eo creditor satisfiat, aut de cō-
 sensu creditoris, & venditoris nominatibus æstimatoribus respe-
 43 ctiuè fiat æstimatio rei traditæ hæc autem rei traditio quandoq;
 præsumitur facta loco pignoris, vt attestatur Afflictiis *decis. 373.* etiã
 si res tradita esset eiusdem valoris ad quam reus fuit condemna-
 tus, ita Menochius *lib. 2 præsump. 93. num. 2. & 3.* si autem reus condē-
 natus offeret simpliciter rem pro solutione debiti tunc si vsus fuit
 verbis designantibus dationem insolutum tunc non loco pigno-
 44 ris; sed loco pretij, & solutionis verè res tradita, dicitur Menoch.
dict. præsump. à num. 4.

45 Sed quæri potest, si quis sit condemnatus in Consulatu solue-
 re certam quantitatem mercantiæ de cuius valore non constat,
 an possit sententia exequi antequam valor mercantiæ æstimetur,
 Iacobus Cancer *var. resolut. tom. 2. cap. 3. de instrum. guarentig. num. 12. ex*
Couarrub. lib. 2. var. cap. 11. num. 1. in fine, ait posse exequi sententiam
 in merce condemnata non facta æstimatione valoris reddens ra-
 46 tionem subditque rationem dicens, quod incertitudo valoris de-
 bitum incertum nō reddit, sed quod æstimatio valoris poterit fie-
 ri durantibus decem diebus, & licet Ildefonsus Perez de Lara al-
 47 legatus per dictum Cancer prætendat non sufficere in discursu
 executionis liquidare quantitatem debitam opinionem tamen
 priorem videlicet, quod possit fieri æstimatio rerum inter dictos
 decem dies veriore, & sequendam asserit Cancer ex *Oliba de*
actiõib. tom. 1. lib. 3. §. curare num. 21.

48 Sed cum dixerimus tam de iure communi, quam ex disposi-
 tione capitulorum pro executione sententiæ fideiussores esse dā-
 dos, videndum est qualiter fideiussores remaneant obligati, &
 sciendum est, quod fideiussores dati coram Iudice ordinario re-
 maneant obligati coram Iudice Superiori, iuxta tradita per Pe-
 guera *in sua praxi de executione sententiæ num. 20. & tom. 1. decis. 99.* Can-
 cer. *2 par. cap. 5. à num. 126. & 3. par. cap. 17. à num. 304.*

49 Obseruandum tamen est, quod quando fideiussores dantur in
 Consulatu Logiæ, & causa euocatur ad Regiam Audientiam, aut
 euocatur ad instantiam illius qui executionem instat, aut euoca-
 tur ad instantiam rei, quia si causa euocetur per condemnatum,

tunc fideiussores remanent obligati, si vero euocetur ab actore, tunc absolutè fideiussores liberati sunt ex priuilegio Serenissimi Regis Alfonsi dat 20. Augusti 1453. quod legitur in libro priuilegiorum à folio 66. cuius caput legitur folio 72. in hæc verba. *Item supplica à vostra Magestat vulla prouehir y ordenar, que las seguretats de juy ques prestaràn de assi al deuant en la Cort del Consulat, sian causades en aquesta forma, ço es, que las fermances que se obligaràn en aquellas no sian tingudes sino la cosa iudicadora per los dits Consols, eo per lo Iutge de appels, è no pas en altre juy, encara que fos euocada la causa à la Real Audientia en los casos permessos, se ja donchs aquella euocatio no era feta per la part rea qui tal seguretat auia dada, ò per recors en los casos per capitols de Consulat permessos à la dita Audientia, placet sue Regie Magestati; & ita fuit decisum in Regia Audientia 17. Iulij 1597. referente Magnifico Iacobo Pineda, & similiter declaratum facto verbo per Magnificū Ioannem Pasqual 22. Septembris 1519. & in alijs casibus similibus à me relatis in additio. ad prax. rub. 29. à num. 86. nec mirum nam licet*

50 Iudex ad quem senseatut succedere Iudici primitiuo, iuxta relata per Fontan. tom. 1. decis. 236. à num. 18. & sic videretur fideiussores datos in Consulatu Logiæ, etiam remanere obligatos ad sententiã in Regia Audientia ferendam tanquam succedentem Magistratui, tamen quia actor voluntariè mutauit iudicium causam euocando in sui pœnam non fit extensio prædictæ obligationis factæ in Consulatu ad Regiam Audientiam, sed sibi actori imputetur mutatio iudicij, si fideiussores non sint obligati.

52 Sciendum vltèrius est, quod executio sententiæ potest fieri cõtra fideiussorem de iudicio listi, & iudicatum solui, iuxta glosam in l. final. Cod. de vsuris rei iudic. & probat textus in l. 1. ff. iudicatum solui, & ibi Bartolus num. 2. non enim indiget executio contra illum nouo processu, ex l. finali C. de vsur. rei iudic. ponderando verbum illud *statim*, quod significat summariam cognitionem absque ordine iudiciario, vt in l. momentanea Cod. vnde vi, Peguera decis. 199. per tot. quia licet fideiussor habeat aliquas exceptiones ex sua persona quæ nõ

54 competunt principali, non obstante hoc poterit exequi sententia contra eum sine nouo processu, non tamen erit exclusus ad opponendas exceptiones sibi competentes, ex Baldo, Iacobo de Butrio in l. finali §. finali 2. colum. versic. *quero, nunquid ff. de vsur. rei iudic.* idem attestatur Guido Papæ decis. 26. & ibi additiones Ranchini declarans dictus Guido, quod prædicta locum habeant in fideiussor

iussor de iudicio sisti, & iudicatum solui, si enim agendum est, contra fideiussorem contractus tunc nouo processu indiget, *ex l. grege §. 3. ff. de pignorib. l. à sententia à princip. ff. de appellationib.* hoc idem tenent Speculator, Ioannes Andreas, Guillermus de Cuna Bartolus, Albericus de Rosate, & alij relati per dictum Guidonem.

56 Sed quæri poterit, an si Magnifici Consules eadem sententia plures condemnauerint qui in solidum tenebantur possint de inde exequi sententiam contra vnumquemque non specificata forma in sententia, quod vnusquisque in solidum sit condemnatus. Hoc dubium decissum refert affirmatiuè dō Ludouicus à Peguera *tom. 1. decis. 181.* dicens: ita in Regio Supremo nostro Consilio fuisse decisū die 4. Iulij 1597 eo quod omnes debitores qui obligauerant, & hypotecauerant sua bona virtute obligationis indiuiduus actus iudicatur, & sic omnes tenentur ex sententia lata, quæ indiuiduum actum facit condemnando omnes, & executio fieri contra vnumquemque propter indisolubilitatē obligationis

58 Sed quid si in executione condemnatus opponat exceptionē compensationis de quantitate sibi debita per ipsum actorem talis exceptio sit admitenda per Magnificos Consules? Huic dubio
59 respondetur, quod aut compensatio est de quantitate liquida, & certa, aut non si est certa admitenda est, quia admittitur in quacunque parte iudicij, etiam si sententia transiit in iudicatum, ita Abbas post alios *in cap. suborta de re iudic. l. 2. C. de compensatio. l. si cui militi §. cū intra ff. de compensat.* Capicio *decis. 121.* nā licet cōpensatio
60 exceptio dicatur tñ ñ est vera exceptio cū ñ oppugnet sententiā cū ipsa dirigatur ad solutionē, imo sit solutio *l. 1. c. 2. c. 3. ff. de solutio. &*
61 quod dicta compensatio debeat admitti non solum quando opponitur de ea quæ in eodem iudicio agitur verum etiam admittitur quando de ea agitur corā alio Iudice si illa quantitas de qua pendet lis coram alio Iudice est liquida, vel venit de proximo liquidanda, & ita decissum fuisse in hoc Supremo Regio Senatu refert don Ludouicus à Peguera *tom. 1. decis. 175. per totam.*

62 Est tamen ad impediendum executionē frequens, & ordinaria exceptio restitutionis in integrum quæ à minoribus, & gaudentibus priuilegio minorum opponitur qua impeditur executio si nō maliciosè petatur, vt pluribus probant nostri Ferrer *3. par. obseruat. cap. 346. c. 477.* Fontanel *tom. 1. decis. 113. cum pluribus sequentib. & decis. 269.* cum alijs quos late cumulaui in additionibus ad praxim Pe-

- 63 *guera rubr. 29. num. 93.* quæ dicitur maliciosè peti quando non cõstat de iure illam implorantis, & causæ quæ deducuntur non possunt incontinèti probari, pro vt fuit declaratum per Cancellariũ Carmona 25. Septembris 1617. facto verbo in Regia Audientia in causa verbali inter me, & Franciscum de Oris domicellum, scriba Marcialis Reig, aliqua ad institutum referunt Fontanella *decis. 271. & 272.* & alij quos retulit *dicta rubr. 29. num. 93.* vbi dixi cõsultere in arbitrio Iudicis decidere, an maliciosè petatur, vel nõ.
- 64 Praxis vero petendi dictam restitutionem traditur ab eodem Fontanella *decis. 114. & à me refertur dict. rub. 29 à num. 94.* quæ est illa quam obseruat Senatus cõsiderantur in hac re duas inspectiones vna respectu admitendi partem ad ipsam restitutionem, & causã illius iustificandam, altera respectu declarationis post admissam causam, & concessam Audientiam ad effectum reportandi totalem victoriam, & licet hoc secundo casu omnes affirmant requiri concludentem probationem læsionis in primo tamen casu sufficit summaria præsumpta, seu colorata probatio, & solus iustitiæ fumus, vt considerauit Senatus in causa inter Capitulũ sancti Felicis Gerunden. de qua Fontanella *decis. 270. num. 10.* ex Magistrali doctrina Oliuerij Beltramini *in additionib. Ludouisium decis. 459. num. 11.* & ratio esse potest, quia non propterea, quod is qui restitutionem petijt admissus fuit ad illius iudicium prosequendum propterea certus de victoria obtinenda in causa restitutionis, quia potest esse, quod in petitione adsit fumus iustitiæ qui sufficiens est ad concedendam ampliorem Audientiam minori, & postea non recte læsio ad retractandam sententiam iustificetur, pro vt contigit in causa scutellariorum, & figulorum, de qua Fontanel. *decis. 119 num. 10. & 11.* vnde in hoc casu ex solo fumu iustitiæ cum
- 67 cesseret malitiæ præsumptio retardatur, & suspenditur sententiæ executio aduersus quam fuit implorata Audientia; vt late tradũt Giurba *decis. 18. num. 13.* Fontanella *decis. 280. num. 14.* & alij quos retulit *di. t. rub. 29 num. 15.*
- 68 An autem si executio sententiæ fieret pro maiori summa quam prouisa irritaretur in totum, an vero pro quantitate vere debita quæstio est multum quotidiana quæ sub hac distinctione resolui potest, vt si pro indebito aliquæ res essent executæ, quæ aliàs nõ erant exequendæ tunc in eo, & expensis executio nulla sit, & vincitur in totum dato maximè excessu malitioso, si vero nihil plus est

est venditum pro executione quam venditum fuisset si iuste pro summa prouisa esset executio facta cum nullum inde debitor dānum passus sit non retractatur executio, sed pro vero debito sustinetur, vt expresse ex Rota Genue *decis. 4.* probat Cancer *3. par. ca. 17. num. 350.* Fontanella *de pact. claus. 4. glos. 8. par. 4. num. 106.* & ratio esse potest, quia factum solum irritatur in eo, quod excedit probabilem, & legitimum modum.

69 Quæri etiam potest, an si fuerit facta sententia contra defunctum, & conueniantur hæredes, vt exequatur ipsique subierint iudicium possit fieri executio contra eos absque eo, quod iustificetur hæredes esse, & habere causam ab eo qui cōdemnatus fuit in qua quæstione benè respondet Gratianus *decis. 122.* Rota Marchiæ dicens; quod opus est probare conuentos hæredes esse si ipsi non fateantur se tales ratione reddita, quia qualem quis alium facit talem illum probare debet Boetius *decis. 10. num. 2.* Mascardus *de probationib. conclus. 1247. nu. 2.* cum alijs rationibus per dictum Gratianum allegatis.

71 Nouissimè sciendum est, quod licet à sententia, vel prouisione Consulum appellatum fuerit ad Iudicem appellationis, vel suo casu ad Regiam Audientiam bistractorum executio in Consularu fieri potest, nō obstante quacunque inhibitione, & ita obseruatur in Regia Audientia, tradit Ferrer *cap. 65.* an vero pendente causa appellationis expensæ valeant taxari, tradit idem Ferrer *cap. 352.* & plures Doctores refert Despujol *in additionib. ad cap. 65.* affirmans, quod licet Iudex primitiuus in taxando expensas non dicatur innouare, sed pronuntiata declarare, Rota tamen tenet, quod non taxentur donec videatur, an benè, vel malè fuerit appellatum, in quam sententiam inclinauit Senatus in causa de qua Michael Ferrer *dict. cap. 352.* quod intelligerem in causis in quibus per

72 appellacionem suspenditur executio quæ sunt maiores quatuorcentum librarum, quæ solent cum qualitate euocari, & inhibicio executionem suspendit alia enim minores quatuorcentum librarum cum executionem habeant non obstante appellacione in illis quoque fieri potest taxatio expensarum quarum prouisio semper suspendit decretum executionis.

74 Pro coronide huius capituli dico, quod si pro executione sententiarum capiantur pignora à debitore illa debent deferre intra viginta quatuor horas ad domum custodiæ, vulgo dicta, à la

Guarda, quæ domus antiquitus erat Iuonis Garbi domicelli in cuius fauorem fuit lata sententia vigesima septima Octobris 1586. in et cum qua fuit declaratum Virgarios Regiæ Audientiæ, purtarios Gubernatoris, & eius Aguasilium, Vicarium, Subuicarium, Bajulum, Subbajulum Barcinone administratores platearû, Edilem, siue Mostafaf, Clauarium, Operarios Ciuitatis, Cõsules Logiæ maris, Iudex appellationum, Virgarios prædictorum, Portorios, & Alcaldes de la Seca, & vniuersaliter omnes, & quoscunq; Officiales, & dictæ sententiæ fuit facta prouisio decreti executionis cum pænis contra inobedientes, si vero capiantur gubernacula nauium, seu cimbarum, vulgo dicta *los timons, y velas*, tunc cû similia non capiantur ad finem vendendi, seu distrahendi nõ debent deferri ad dictam domum, sed in eadem Logia seruantur, cum solum capiantur ratione securitatis nauigij, & sic fuit obseruatum de mense Septembris 1655. in causa cimba, siue *Barca*, Saluatoris Vaja villæ de Matarò à quo fuerunt capta gubernaculû, & vela quæ in Logia permanserunt cum non essent capta ad distrahendum.

- 75 Sed quæri potest, an si in executione sententiæ opponatur exceptio compensationis sit supersedendû in executione? huic dubio respondetur, sciendum est, quod si eidem iudici constiterit ex meritis processus compensationem interuenire non debet de
- 76 ea habere rationem nisi per partem opponatur, *l. fin. si constat Cod. de compensationib. noster Fontanel. tom. 1. decis. 209. à num. 14. cum seqq. & ante eum præcensit Faber in suo Cod. lib. 1. tit. 9. defn. 13.* hæc tamen cõ-
- 77 pensatio sufficit, quod vna vice deducatur. Fontanel. in dict. decis. hæc enim exceptio est diuersa à ceteris exceptionibus: quia reli-
- 78 quæ oppositæ in iudicio tantum elidunt actionem, vt in *l. si vnus ff. pactum ne peteret. ff. de pact.* similes enim exceptiones non pariunt effectum quousque lata est sententia Bart. in *l. Iulianus numer. 34. ff. de condic. indeb.* exceptio vero compensationis statim atq; opposita est
- 79 extinguit actionem *ff. in bonæ fidei instit. de actionib. l. fin. C. de compensationib.* Bart. in *l. si plures num. 4. ff. de fideiussorib.* Afflictis decis. 121. quod intelligendum est quando de compensatione, clarè constat ex traditis à don Ludouico à Peguera *tom. 1. decis. 175.* vbi expresse ait, quod compensatio non solum potest oponi ante sententiam, sed
- 80 etiam in executione sententiæ, sed etiam quado sententia in iudicatum transiit, & latius extendit dict. Peguera in fine dict. decis. dicens,
- 81

82 quod compensatio potest admitti de quantitate de qua est licet
 controuersia in alio iudicio diuerso, latè de hac materia Oliba
 de aëzionibus tom.1.par.2.lib.1.cap.4. & ibi additiones Hypoliti Mon-
 taner.

De appellatione.

S V M M A R I V M.

Appellari potest à sententia lata per Consules Logia maris intra decem.
 num.1.

Appellans reportat processum primitiuum. num.2.

Appellari potest à sententia Consularis elapsis decem diebus. num.3.

Appellationis causa decidenda est ex eisdem aëtibus. num.4.

Appellans debet prosequi causam intra triginta continuos alius efficitur deser-
 ta. num.5.

Sententia in causa appellationis in Consulari qualiter proferenda. num.6.

Appellari non potest à sententia lata in causa appellationis in Consulari Lo-
 gia. num.7.

Proceres ad iudicandum causam debent nominari diuersi ab illis qui interue-
 nerint in declaratione causa primæ instantia. num.8.

Qualiter introducenda appellatio à causa verbali Consularis remissiuè nu. 9.

Sententia in causa appellationis introducta in causa verbali, qualiter feren-
 da. num.10.

Sententia in causa appellationis introducta in causa verbali intra quod tem-
 pus terminanda. num.11.

Decem dies ad appellandum currunt à die provisionis, siue condemnationis in
 causis verbalibus, in causis vero inscriptis à die intimæ. num.12.

Per intimam, & relationem illius probatur notitia sententiæ. num.13.

Intima qualiter presentanda, ut presumatur venisse in notitiam eius cui di-
 rigitur. num.14.

Appellatio propriè fit à minori ad maiorem. num.15.

In appellatione exprimuntur grauamina à quibus appellatur alias dicitur Va-
 ga. num.16.

Appellari non potest à sententia lata in Consulari minori decem librarum. nu-
 mer. 17.

Reclamatio interponi potest à sententia lata in Consulari minori decem libra-
 rum, & qualiter. num.18.

- Sententia, siue condemnatio facta in causa minori decem librarum à qua pendet causa reclamationis exequi non potest, nec praestita cautione. num. 19.*
- Nullitas sententiae, an interponi possit elapsis decem diebus ad appellandum. num. 20.*
- Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis iudicis, vel potestatis comparentis potest interponi elapsis decem diebus ad appellandum. num. 21.*
- Nullitas interponi potest elapsis decem diebus ad appellandum si est notoria, sententia, seu iniustitia. num. 22.*
- Sententia nulla executionem non meretur, nec nomen sententiae. num. 23.*
- Sententia nulla nunquam transit in iudicatum. num. 24.*
- Nullitas notoria qua dicatur. num. 25.*
- Constit. 1. iit. de appellacionis qua cauetur nullitatem intra decendum interponi debere, qualiter intelligenda. num. 26.*
- Iudex ex officio potest nullitatem allegare, & non exequi sententiam si nullitas est notoria, & ex statuto esset prohibita allegari. num. 27.*
- Senatus Supremus non attendit ad apices iuris, nec ad nullitates prouenientes ex aliqua omissione alicuius solemnitatis, sed praecipue ad iustitiam naturalem. num. 28.*
- In Consulatu cuncta ex aequo, & bono iudicantur non secundum apices iuris. num. 29.*
- Sententia lata in causa appellationis post lapsum decendij interposita nulla est quod intellige. ut dicitur n. sequen. & 34. & 35.*
- Pars potest renuntiare his quae sunt in sui fauorem. num. 32.*
- Exceptio rei iudicatae potest opponi in vim dilatoria, vel in vim peremptoria. num. 33.*
- Quae requirantur ut sententia valeat contra sententiam in iudicatum transactam. num. 34.*
- Sententia lata contra sententiam in iudicatum transactam inter diuersas personas valida est. num. 35.*
- Causa appellationis in Consulatu ex eisdem actis terminantur absque alijs probationibus. num. 36.*
- Idem obseruatur si causa euocetur ad R. A. intellige ut. num. 39. & 40.*
- Probationes admittuntur in causis supplicationis (à sententia lata in causa appellationis in R. A.) introductae. num. 38.*
- Appellari, an possit secundo in Consulatu Logia num. 41.*
- Causa appellationis à sententia lata in Consulatu Logia apud Iudicem appellationum in Senatu introducta restituitur ad Consularum. num. 42.*
- Restitutio in integrum non admittitur in Consulatu, ut possit secundo appellari. num. 43.*

Appellari potest ad R. A. à provisione declaratoria deserciones cause appellationis, num. 44. & sequen.

Recurri potest ad R. A. à sententia lata per Iudicem appellationum Logia, & qualiter. num. 46.

Appellatione prohibita non censetur sublatus recursus ex oppressione, & iniustitia. num. 47.

Autor consulit Aduocatos, ac faciliter intentem remedium recursus. num. 48.

Prohibita appellatione non censetur reiecta nullitas. num. 49.

Appellationis causa introducta penes Iudicem appellationum euocari potest ad Regiam Audientiam. num. 50.

Causa qua ex se non est appellabilis, nec est euocabilis. num. 51.

Appellatio fortior est euocatione. num. 52.

Senatus potest, & solet mandare Iudicibus Consulatibus in causa appellationis, ut ante declarationem faciant verbum, & nisi de eius voto promulgent. num. 53.

Denuntiatur processus cause mercantilis euocata ad R. A. tam in prima, quam in secunda instantia. num. 54.

Appellari an possit à sententia lata contra absentem, & quomodo. num. 55.

Amicus sine mandato, an possit appellare pro absente. num. 56.

Negotium alienum quot modis tractetur num. 57.

Negotiorum gestor quis dicatur. num. 58.

Actio negotiorum gestorum, qua oriatur, & contra quos cum sequentibus. num. 59.

Actio mandati quando detur. num. 60.

Actio negotiorum gestorum ad quid competat. num. 61.

Utiliter gessisse sufficit licet non adquiratur victoria. num. 62.

Expensa quando recuperentur per negotiorum gestores. num. 63.

Negotiorum gestores dicuntur curatores absentium. num. 64.

Tertius appellans sine mandato pro absente quid facere teneatur. num. 65.

Ratihabitio appellationis intra quod tempus fieri debeat cum sequen. num. 66.

Tertius, an pro tertio possit appellare. num. 67.

Tempus ratihabitionis quale sit. num. 68.

Porrogare tempus, an possit Iudex. num. 69.

C A P. XIX.

A Sententia lata per Magnificos Consules Logiæ maris pars Aquæ sentit se grauata appellare potest intra decem dies computandos à die intimæ publicationis illius, iuxta dispositionem
nem

nem capituli, & vndecimi libri Cōsulatus fol. 2. pag. 2. in illis verbis: *Se pot appellar dins deu dias comtadors del dia de la prolatio de aquella, quæ quidem appellatio debet admitti per Magnificos Consules, & remitti ad Iudicem appellationum vna cum processu loco apostolorum, iuxta verba dicti capituli, ibi: ab lo proces deuant los dits Consols actitat en lloch de apostols, in qua appellatione debent exprimi grauamina ex quibus appellans putat se grauatum, iuxta illa verba en la qual appellatio à ametre las greuges, nullitats, è injustitias, per los quals de dita sententia se sentirà agrauar.*

- 2 Similiter in cap. 12. statuitur, quod per appellantem recuratur ad Iudicem appellationis tradendo ei primitiuum processum, vna cum scriba Consulatus, iuxta verba illa: *aquell que serà appellat es tingut a presentar deuant lo Iutge ab lo escriuà de la Cort del Consulat lo proces, y appellacio, quibus peractis Iudex appellationis tenetur assignare diem certam cum sequentium continuatione ad sententiam proferendam, vt insinuant illa verba: E lo Iutge rebuda la presentacio del dit proces encontinent assigne die a dir la sententia en la dita appellacio, al qual dia cita la part appellada per oir aquella, si autem intra dictos decem dies non fuerit appellatio interposita sententia tractata est in iudicatum.*

- 4 Similiter cap. 13. statum est, quod causa appellationis debet fieri ex eisdem actibus ex quibus Magnifici Consules iudicarunt, vt insinuant verba: *En ay tal plet de appellacio alguna cosa de nou nos pot posar, ne prouar per altre de las parts. Sed Iudex consideratis grauaminibus allegatis per appellantem deductis in appellatione, & meritis processus attentis, pronuntiabit sententiam, iuxta merita processus vna cum proceribus adiunctis, iuxta illa verba: Mas lo Iutge ab lo proces principal deuant los Consols actitar, è ab la dita appellacio, è greuges ha hauer son concell è donar sententia en lo dit plet de appellacio.*

- 5 Prædicta autem appellatio debet prosequi continuè, & si forsani lapsi fuerint triginta dies siue coniunctim, siue diuisim intra quos appellans non fuerit prosequutus dictam appellationem dicta causa habetur pro deserta, & in rem iudicatam transacta, vt in cap. 14. disponitur.

- 6 Vltimo in cap. 15. fol. 3. disponitur, qualiter sententia in causa appellationis sit proferenda statuendo, quod Iudex appellationis vna cum proceribus nominandis recognoscat processum, & appellationem, & in ea deducta, & si iudici appellationis, & proceribus

ceribus appareat primam sententiam iuridicam esse illam cōfirmabunt, si vero illi senserint dictam sententiam iniustam esse illam reuocabunt, seu moderabunt, pro vt illis videbitur.

7 Lata autem sententia in causa appellationis ab ea non licet appellare: quia in regio priuilegio ita dispositum est, vt insinuant verba illa: *E de la sentencia del Iurge qual que sia alguna de las pars no pot appellar, è asso per priuilegi quen han los dits Promens del Senyor Rey.*

8 Aduertant etiam Magnifici Consules, & Iudex appellationis, quod in causa appellationis non nominent proceres qui interuenerunt in prima causa, vt insinuant verba illa dicti capituli: *No ab aquells qui ja en lo ptez principal han donat llur concells, mas ab altres en la forma desus declarada.*

9 In cap. 18. statuitur, qualiter appellatio possit interponi à sententia verbaliter lata per Magnificos Cōsules in causa mera verbalis de qua nihil fuit redactum in scriptis, vt supra dictum est, de causis meris verbalibus.

10 Ex hac igitur sententia, quæ verbaliter profertur potest appellare ille qui sentit se grauatum verbo tenus, & intra decem dies iudex appellationis auditis Magnificis Consulibus, & proceribus de quarum voto fuit sententiatum declarabit præsentibus ambabus partibus, & consumpta causa, & sententia lata cum alijs proceribus, vt disponunt verba illa dicti capituli: *No ab aquells que seràn estats al primer concell, sino ab altres, quæ sententia in causa appellationis inscriptis est ferenda, iuxta dispositionem dicti capituli, ibi: La qual sententia ha de donar en escrits.*

11 Hæc autem sententia in causa appellationis debet fieri intra triginta dies à die illius, alias primitiua sententia habetur pro tractata in rem iudicatam.

12 In cap. 11. vt dictum est, quod decem dies ad appellandū computentur à die prolationis sententiæ, vt insinuant verba illa: *Se pot appellar dins deu dias comzadors del dia de la prolacio de aquella,* qui textus debet intelligi de causis mere verbalibus, quæ inscriptis non rediguntur de quibus supra mentionem fecimus: quia in illis partes sunt præsentibus nam in alijs causis verbalibus quæ in scriptis proferuntur licet sententia publicetur non currit tempus decem dierum ad appellandum nisi à die intimæ, quia per inti-

13 mam, & illius relationem probatur notitia sententiæ, iuxta tradita per Tiraquel. *de retract. linnegier §. 3. glos. 2. num. 4. in fine.* Romanus
conf.

- 14 *conf. 369. num. 3. Gratia. discep. foren. cap. 315. num. 9.* in præsentatione autem intimæ debet obseruari stylus qui seruatur in citatione, vt noceat condemnato, vt sic talis intima debet dari in domo propria habitationis condemnati mulieri illius, seu coniunctæ personæ, quia vt præiudicet grauato non sufficit, quod quouis modo habeat scientiam sententiæ, sed illam debet habere iudicialiter, iuxta doctrinam Bartoli *in l. denuntiasse §. quid ergo num. 1. versic. quando requiritur, ff. ad legem Iuliam de adulterijs.* Idem tenet Angelus & Bald. *in cap. ad hoc num. 19. in fine. tit. de allodijs, Alex. conf. 24. num. 5. lib. 4. glos. fin. in clemen. causam de electione, retuli in meis varijs cap. 3 n. 283.*
- 15 Cum autem dictum est intra decem dies posse appellari, conformis est hæc dispositio *authen. hodie Cod. de appellationibus,* & cum appellatio ordinaria, & propria fiat à minori iudice, ad maiorem, ita dicendum est iudicem appellationis in Magistratu Logiæ respectu dictæ causæ appellationis maiorē esse ipsis Magnificis Consulibus, iuxta tradita per Philipum Iranço, & ceteros Doctores *in tractatibus de appellationibus.*
- 16 Disponitur etiam in dicto capitulo, quod in appellatione exprimantur grauamina à quibus appellatur alias enim appellatio, dicetur vaga, nec debet admitti, *cap. 1. & cap. consului de appellatio. vbi dicitur, quod sola illa causa expressa in appellatione potest profequi ab appellante, non vero quæ expressæ non fuerunt Philipus Franc. d. cap. consului.*
- 17 Causa autem à qua licet appellare debet excedere quantitatem decem librarum, nam si non excedat decem libras, ab ea non
- 18 appellatur, sed coram eisdem Magnificis Consulibus reclamatur, ipsi iterum cognoscunt, & reident causam, & illius merita, ita Cancer *3. tom. var. cap. 18. numer. 27.* latius tamen hoc dubium tractat *3. tom. cap. 17. à nu. 111. cum seq.* resolutiuè, idem dicens, & vltèrius resoluens, quod eo casu quo reclamatur à dicta condemnatione minore decem librarum, non poterit talis sententia exequi licet adsint constitutiones quæ disponunt, quod non obstante appellatione sententiæ vsque ad centum libras possint exequi cautione præstita ex rationibus per dictum Cancer ibi assignatis ad quæ recurret (si aliquis sit) qui non contentetur ex hic relatis.
- 20 Sed cum in dicto capitulo dictum sit, quod intra decem dies appelletur, & grauamina deducantur, & probentur, quæritur an si sententia nulla sit possit lapsis dictis decem diebus de nullitate dici,

dici, & licet videatur de iure Canonico posse talem nullitatē allegari, *ex titu. quando prouocare non licet, cap. cum inter eos de re iudicata*, de iure vero Cathalano nullitas sententiæ debet apponi inter dictos decem dies, *ex Constit. 1. tit. de appellacions. Michael Ferrer 3. par. obser. cap. 21. circa fin. vers. est tamen aduertendum.*

- 21 Si autem nullitas sententiæ prouenit ex defectu iurisdictionis iudicis, vel potestatis competentis, poterit nullitas allegari etiam lapsis dictis decem diebus, quia reiecta nullitate per statutum, non censetur reiecta ex defectu iurisdictionis iudicis, vel potestatis competentis proueniens, Vantius *de nullita. ex defectu iurisdic. num. 4. & 41. & tit. quis possit dicere de nullitate num. 37. Fontan. decis. 453. num. 4. & 19.* Nullitas nullitatum est factum à non habente potestatem, *l. Barbarius Philipus, ubi Doctores ff. de officio prator.* Idemque est tenendum de nullitate notoria sententiæ, & seu iniustitiæ, *Cancer variar. 3. cap. 17. num. 56. & 57. & var. 2. cap. 15. num. 43. & 44.* Vantius *de nullitate tit. quid sit nullitas num. 22.* quia sententia nulla executionem non meretur, *l. 4. §. condemnatum l. si enim nulla ff. de re iudica.* nec
- 22 nomen sententiæ, *l. dino ff. de testam. milit.* nunquamque transit in iudicatum, *ego in praxi. rub. 29 num. 32.*
- 23 Notoria autem nullitas illa erit quæ ex actis aparebit, & oculo corporeo legi poterit, *ego in praxi. rub. 28. num. 12.* cum multis ibi citatis nullumque examen ad eam probandam requirit Xámar. *de offic. iud. & Aduoc. par. 1. quest. 9. num. 277.*
- 24 Dicta constitutio enim, *1. de appellat.* qua cauetur intra decendium ad appellandum, licere tantum dici de nullitate, intelligenda est de nullitatibus consistentibus in omissione alicuius solemnitatis, & similibus quæ sunt de iuris apicibus, non vero de nullitatibus per quas à notorio iustitia naturalis læditur, aliàs esset dicta constitutio vinculum iniquitatis, quod nec ferendum, nec dicendum est, latè in terminis huius nostræ constitutionis sic ratiocinatur *Cancer huncque intellectum tribuit solidis nixus fundamentis huic constitutioni variar. 3. cap. 17. num. 53. cum sequen. & var. 2. cap. 15. num. 43.* mens enim statuentium tales constitutiones est ne lites calumnijs protelentur, vt notant Doctores *per tex. in clem. 1. de senten. & re iudica.* calumnia autem præsumi nequit in nullitate notoria, *l. 1. Cod. quando prouo. non est neces. cap. litteras de restit. spolia.*

- 27 Immo si ex dispositione statuti non posset allegari nullitas notoria

- toria, posset iudex ex officio illam allegare, & non exequi, vt ex Celso Hugo, & alijs, tradit Cancer *var. 2. cap. 15. num. 49. & 50.*
- 28 Nullitates consistentes in omissione alicuius solemnitatis, vel in apicibus iuris; vbi constat de bono iure, & iustitia sententiæ non multum attenduntur in Supremis Tribunalibus in quibus iustitia naturalis præcipuè attenditur Cancer *dic. cap. 17. nu. 55. & 56.* Michael Ferrer *3. par. obser. cap. 432. & cap. 288. vers.* & ex dicta confessione qui de nostro Senatu testatur, adamauit enim semper Gotholanorum Principatus simplicitatem in iudicijs, Oliba *de actio. par. 1. lib. 3. cap. 4. num. 33.* imo in ea sola veritate facti inspecta prædicetur, idem Olib. *d. par. 1. lib. 3. §. actionum num. 4.*
- 29 Cum autem in Curia mercatorum procedatur omiſſis iuris apicibus, & solemnitatibus, ego in praxi. cum multis à me allegatis *rub. 14. num. 80. & 81.* Rota Genuæ. *de mercat. decis. 19. num. 12. & decis. 31. nu. 1.* imo in ea cuncta ex bono, & æquo tractentur, l. quintus l. fideiussor. §. quædam ff. manda. pro vt ex bono, & æquo idem mercatores sua negotia pertractant Angel. *cons. 79. super primo puncto,* Rip. in rubr. *de de verb. oblig. num. 40.* Paris. *cons. 88. num. 3. & seq. lib. 1.* inferendum censeo mercatorum Curia quando constat de bono iure, & iustitia sententiæ non multum attendere debere sicut supremi Iudices ad nullitates consistentes in omissione alicuius solemnitatis, vel in apicibus iuris Rota Genuæ. *decis. 23. num. 14.*
- 30 Si autem lapsis decem diebus ad appellandum, appellauerit succumbens, & in causa appellationis lata fuerit sententia primæ reuocatoria, nulla erit secunda, quia prima per non appellationem intra decendum fuit transacta in iudicatum, & sententia quæcunque seu pronuntiatio, quæ fit contra aliam in iudicatum tractam, ipso iure nulla est, Fontanel. *decis. 175. num. 1.* quod intellige inter easdem personas, & de eadem re, victore contradicente, & exceptionem rei iudicatæ opponente, aliter valida erit sententia contra rem iudicatam lata, Cancer *var. 3. cap. 12. num. 8.* Fontan. *decis. 377. num. 21.* ego, *var. cap. 4. num. 89. & in praxi. rub. 29. num. 28.* quia
- 32 pars cuius est interesse potest illi renuntiare non solum expressè, sed etiam tacitè Gregor. Lopez *in l. 6. glos. 2. part. 4. tit. 10.* Cancer *dic. cap. 17. num. 23.*
- 33 Exceptio enim rei iudicatæ dupliciter opponi potest, aut in vim dilatoriam in causæ ingressu, ad impediendum illius progressum super qua Iudex ante omnia tenetur declarare, aut in vim peremp-

peremptoriæ quæ ad diffinitiuam referuatur, vt late tradidi *var. cap. 4. à num. 80.* & sic cum huiusmodi exceptio dependeat à voluntate partis, illam non opponendo, censetur eo ipso ex temporis lapsu, facultati proponendi illam, renuntiasse, *cap. inter ministerium de re iudic. cap. cum causam de appella. l. sancimus in fin. C. de iudic. l. son. in l. si arrogator. num. 59 ff. de adop. Ruin. cons. 71. num. 3. vol. 5. & cons. 98. num. 4. Paril. in cap. exceptionum num. 4. cum seq. de exception. Felinus in cap. insinuante num. 11. de officio deleg.*

34 Ut autem subsistat sententia contra sententiam in iudicatum transactam tria requiruntur, vt testatur *Cancer var. 36. cap. 17. num. 27.* scilicet, vel causa committatur vti iudici primitiuo, quod parte non opponente cognoscatur de iniustitia primæ sententiæ, & quod nouus fiat processus, late *Stephan. Gratian. discep. forens. 129. num. 1. & 2.* quæ omnia sunt necessaria, vt valeat sententia in vim sententiæ, non vt valeat in vim pacti, possunt enim partes conuenire, vt posterior sententia contraria rei iudicatæ valeat in vim pacti, *tex. in l. 2. Cod. commu. virisq; iudic. Canc. dict. cap. 17. num. 25.*

35 Si vero talis sententia contra sententiam sit in diuersas personas valebit, quia sententia solum afficit illos qui in causa interuenerunt, *Canc. dict. cap. 17. num. 40. Innocen. in cap. causa num. 7.* qui filij sint legitimi *Crauet. cons. 232. num. 3.* qui pro hac resolutione allegat, *tex. notabilem in l. denuntiasse §. quæritur ff. de adulterijs.*

36 Dicto cap. 13. Consulus statuitur, quod causæ appellationis, quæ interponuntur ad iudicem appellationum terminentur ex eisdem actis, nec nouæ admitantur probationes, quod locum habeat, & obseruatur etiam si huiusmodi appellationum causæ euocentur ex aliqua qualitate ad R. A. vt tradit *Fontanella decis. 239. num. 11. & 16.* vbi de inconcussa obseruantia Senatus testatur, quod

37 tamen limitatur in R. A. in causa supplicationis in sententia lata in causa appellationis, nam licet in Consulatu non habet locum alia prouocacio si coram Iudice appellationum iterum succumbat appellans *cap. 15.* eiusdem Consulus in Senatu est permissa, quia sententia iudicis inferioris numerum non facit ad impediendam supplicationem à sententia Senatus, & sic quasi espreto iam rigore dicti cap. 13. in prima instantia respectu Senatus scilicet in causa appellationis, admituntur in causa supplicationis nouæ probationes, vt de obseruatione Senatus testatur idem *Fontanel. eadem decis. num. 17. cum sequen.* & ita declaratum fuit in Senatu 7. Fe-

bruar. in causa Gabrielis Ribelles, contra Ioannem Trullols, referente Hieronymo Senjust, confirmata in causa supplicationis per Pegue. die 25. Iulij 1609. quibus videtur conformis *constit. 2. tit. de causas mercantinols, vers. en les causas, Cancer. 3. tom. var. cap. 17. num. 375. in fine.*

- 39 Quod diximus de non admittendis nouis probationibus in causa appellationis intelligendum est cum hoc temperamento, quando scilicet factę fuerunt probationes in prima instantia quādo autem factę non fuerunt: quia pars fuit impedita illas facere, vel non petijt dilationem poterit tam coram iudice appellationis, quam in Regia Audientia nouas facere probationes, Fontanel. *decis. 240. num. 13. § 22. ego in praxi rub. 27. nu. 145.* quod & in materia reclamationū Curia Vic. Barcinone, obseruat quāuis enim in causa reclamationis alicuius interlocutorię sint prohibite nouę probationes, imo dictę causę expediri debeant ex eisdem actis, tamen si in prima instantia nullę fuerunt factę probationes, admittuntur in causa reclamationis, Fontanel. *d. decis. 240. numer. 23. ego in praxi rub. 27. num. 99.*
- 40 Vnde in causis verbalibus quę deciduntur in Consulatu auditis partibus verbaliter tantum, & absque probationibus, licebit in causa appellationis probationes facere Fontanel. *dict. decis. 240. num. 21. § 22.*
- 41 Vltcrius quęri potest, an à sententia reuocatoria, vel absolutoria Iudicis appellationum possit amplius appellari in qua quęstione dicendum est, quod quando in Consulatu facta fuerit sententia, & ab eo appellatum extiterit ad Iudicem appellationum, & ab ipso fuerit confirmata, vel reuocata, vel partim confirmata tunc non licet à dicta sententia amplius appellare, nec ad Regiam Audientiam prætextu alicuius qualitatis aut regalix, nec per restitutionem in integrum, vt constat ex sententia Infantis dō Ioānis lata 23. Nouembris 1467. confirmata in casu supplicationis per eundem 23. Decembris eiusdem anni, & iuxta priuilegium Regis Martini datum Barcinone 15. Ianuarij 1401. & iuxta caput 15. libri Consulatus, & pariter iuxta priuilegium Regis Petri dat. Albarazin in 5. Idus Decembris 1283. & Regis Alfonso dat. Valentix 10. Kal. Februarij 1331. confirmatum per Regem Petrum 23. Kal. Nouembris 1336. quę dispositio varijs est decis. exornata.
- 42 Indequę axioma vulgare est in Logia in Consulatu vnica tantum

- tum appellationem dari, & ideo si forsan appellatū secundo fuerit restituitur causa prædicta Curia Logiæ maris, pro vt iudicatū fuit de mense Iunij 1586. teste Antonio Oliba *de action. par. 1. lib. 3. ad §. bonæ fidei num. 10. ego in praxi rub. 27. num. 89* & quod dixi de restitutione in integrum, intelligitur etiam si principaliter intentetur, vt legitur in declaratione Regis Martini 22. Aprilis 1409. quæ legitur in libro pergameneo priuilegiorum dictæ Logiæ.
- 43
- 44 Si autem causa declaratur deserta, quod sæpissimè in Consu-
latu contingit (cum lapsis triginta diebus soleant fieri tales de-
clarationes,) tunc à prouisione in qua declaratur super desertio-
ne, à tali declaratione appellatur ad Regiam Audientiam, vt no-
taui *in meis additionibus ad praxim. rub. 27. num. 90.* & ratio est, quia de-
claratio desertionis est nouum grauamen à quo nunquam cen-
setur prohibita appellatio cum dicatur prima sententia, non se-
cunda, ita Marius Giurba *decis. 66 num. 10.* & obseruat Regia Au-
dientia Michael Ferrer *3. par. cap. 25.* vbi plures refert, maximè quia
appellationis materia ex se est fauorabilis, & in dubio potius est
admittenda, quam rejicienda Rota apud Ludouicum *decis. 259. nu.
9.* Fontanella *decis. 403. num. 16.*
- 45 Vnde Iudices appellationum abstineant se à desertione causa-
rum, imo potius, aut reuocent, aut confirment, quia Aduocati
solent esse sagaces, vt dicebat Fontanella *tom. 2. decis. 403. num. 20.* as-
serens Aduocatos de industria facere, vt super desertione decla-
retur, & sic causæ quæ aliàs erant inuocabiles ex causa deser-
tionis fiunt euocabiles.
- 46 Licet autem hic statutum sit non licere appellare à sententia
lata à Iudice appellationum potest tamè recurri ad Regiam Au-
dientiam per viam recursus si sententia est iniqua, & euidenter
de eius iniquitate constat, iuxta tradita per Cancer *3. varia. cap. 18.
num. 12. cum seq.* vbi tradit formam qualiter recursus interponatur,
ex mente Aretin. *conf. 106. nu. 10. §. 11.* dicens, quod debet pars gra-
uata adire Superiorem, & coram eo deducere de iniquitate sen-
tentia, & grauaminis, quod idem attestatur tenere Marsilius *sin-
gulari 473.* Anton. de Butrio *in cap. pastoralis de appellat.* refert Bruno
à Sole *in suis questionibus legalibus quæst. 24. nu. 87.* quia cum de iure di-
uersa sint remedia appellationis ordinariæ, & recursus per opres-
sionem, & iniustitiam, sublata appellatione non censetur subla-
tum remedium recursus, *argum. legis, si domus in princ. ff. de seruitutibus*
- 47

- Urbanorum decisus in l. fin. num. 49. & 50. Cod. de ed. Edo, D. Adrian. toll. & ibi Baldus, Paulus, & Alexander, Menochius de arbitrar. quest. 70. num. 24. & 25. Farinac. tom. 1. par. 2. tit. de varijs, ac diuersis quest. 10. num. 105. & 106.*
principal prenedor, y pagador, y prometo que les sobredites lletres serán pagades en dita fira de Sans, y som content que lo valor de les sobredites 410 ₧ ₪. sien girades al sobredit Diego T. y ab la present dono paraula a Ciprià Picart corredor de Orella pera q̄ al clourer de dita fira de Sans fassa la prouisio de dita partida per lletra de qualseuol persona restant jo sempre obligat in solidum, fins a la total solutio de dit cambi, y per lo ver fas la present, escrita de ma agena, y firmada de ma propria die, y any sobredit.

Pere T. in solidum.

Forma del acte del protest.

26 **I**N Dei nomine, Amen. Nouerint vniuersi, quod anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo die vero mensis eiusdem anni intitulata præsentè, & ad hæc vocato me T. not. publico Dertusæ scribaq; & secretario Consulatûs Logiæ maris, ac Magistratus nundinarum Dertusæ præsentibus etiã pro testibus infra nominatis ad hæc vocatis, & assumptis constitutus personaliter Lazarus Talarn Ciuis honoratus Dertusæ procurator Iosephi Masdeu & Canyet mercatoris Ciuis Barcinone in domo Consulatûs dictæ Logiæ Dertusæ qui à semetipso dicto nomine petijt acceptationem, & realem solutionem cuiusdam cambij litteræ quam legi, & publicari de verbo ad verbû petijt, & requisit, cuius quidem litteræ epigramma, siue scriptio est thenoris huiusmodi. A Ioseph Masdeu y Canyet primera Perpinyà. Contenta vero intus eandem cambij litteram sunt thenoris sequentis. 1650. à 5. de Agost en Barcelona 410 ₧ ₪. En pagaments de la proxima fira de Sans pagarà per esta primera de cambi a v. m. mateix 410 ₧ ₪. moneda Barcelonesa en or, ò plata fora banch, y taula per cambi ab Miquel Garcia mercader, y assentles en mon compte, y Christo ab tots. Diego T. Qua quidem cambij littera sic vt prædicitur lecta, & publicata idem Lazarus Talarn dicto nomine ad prædicta respondendo dixit: que en quant ve directa a rebre a dit son principal la accepta, pero en quant va directa a pagar no la vol acceptar ni pagar, quã responsionem secum illico ipsemet Lazarus Talarn dicto nomine protestatus fuit, & protestatur contra dictum Didacum T. principali-

cipaliter in dicta littera nominatum, & alios quoscunque ad solutionem dicti cambij quomodolibet tentos, & obnoxios, & illorum, & cuiuslibet ipsorum personas, & bona de cambijs recambijs, & de cambijs cambiorum dictæ litteræ, & de omnibus alijs & singulis damnis sumptibus interesse mercantili, & expensis factis passis, & sustentis, & à cætero fiendis, & sustinendis ob defectum, & negligentiam exceptionis, & realis solutionis dictæ cambij litteræ, & accipiet ad cambium pro locis, & temporibus, & eo modo & forma, & prout est, vel erit sibi permissum de iure, vel de consuetudine, damno periculo, & obligatione vt supra. Postulans fidem habere de valore huiusmodi cambiorum petijtq; & requisivit de præmissis sibi, & alijs quorum interfit fieri dari tradiq; & confici vnum, & plura publicum, & publica consimilia instrumenta per me not. & scribam præ & infra scriptum quæ fuerunt acta Dertusæ die, mense, anno, & loco in exordio præsentis instrumenti contentis præte me dicto, & infra scripto not. & scriba, & T. & T. pro testibus ad hæc vocatis, & assumptis. Nec non fidem facio ego dictus not. & scriba cum præsentibus, quod ipsa & eademmet die ibidem incontinenti, & eodem contextu existentibus, & conuocatis multis ex banquerijs, & tractantibus dictarum nundinarum Dertusæ de ordine, & mandato Magnificorum Consulium dictæ Logiæ in domo Consularis dictæ Logiæ alta, & intelligibili voce in testium superius nominatorum ad hæc eadem specialiter vocatorum, & assumptorum præsentia, & audientia peticum fuit à dictis banquerijs, & tractantibus, si quis eorum vellet soluere dictam cambij litteram, & omnes responderunt, quod non. Et demum attestor, ac relationem, & fidem facio ego dictus not. & scriba cū præsentibus, quod cambia pro Barcinone valent Dertusæ in damnum litterarum cambij protestatarum in nundinis Dertusæ ad rationem vnus pro centum, iuxta taxationem die decimotertio currentium mensis, & anni per dictos Magnificos Consules, & Magistratum dictarum nundinarum Dertusæ factam in posse mei not. & scribæ iam dicti.

Sig ✱ num T. not. publici Dertusæ scribæq; præsentibus qui prædicta clausula requisitus.

27 Sed licet institutum meum sit breuiter eaq; frequentiora possunt esse in Consulari Logiæ maris referre succincta tam prius aliqua

liqua referam ex quibus non paruus fructus percipietur.

28 Inprimis dico, quod cambium duplex est vnum dicitur reale, & aliud siccum cambium, est autem siccum cambium quâdo caret subiecto, id est in eo realiter pecunia non interuenit, & sic nomine tenus, & coloratè cambium dicitur, cambiũ vero reale dicitur cum de facto cum pecunia interuenit, quod multi appellarunt contractum mutui, & de hoc loquitur Franciscus Flaminus *in tracta. de cambijs par. 1. num. 31.* Lesius *in tract. de vsuris cap. 9. num. 3. in fine,* Leonardus Lesius *de iustitia & iure lib. 2. cap. 25. dubio 1. num. 5. & 6.*

29 & talis contractus fit quando litteræ cambij diriguntur ad locũ vbi qui eas dat non habet pecuniam, & quandoq; dicitur cambiũ siccum, eo quod qui dat literas non habet factorem, nec camp-
30 forem in loco ad quem litteræ diriguntur, nec merces ex quibus litteræ soluantur, hoc enim casu vsuræ, siue interesse non debetur; quia contractus est vsurarius, ita Augustinus Morlan *in suo emporio iuris prima par. tit. de rebus creditis quest. 25. num. 14.* Sotus *de iustitia & iure lib. 6. quest. 8. artic. 1.* Lesius *quest. 13. art. 1.* Canonistæ omnes *in cap. nauiganti de vsuris,* Tuschus *conclus. 798. littera C,* vbi subdit, quod consuetudo admittens cambium siccum non est admittenda, tâquam nutritrix peccati Roma. *conf. 238. num. 4. vers. ad tertium, & in Castella, & lex 8. tit. 18. lib. 1. nouæ recopilationis reprobando huiusmodi cambia,* Morlanus *in suo empor. quest. 25. numer. 41. columna. 2. in fine,*
32 & adeò verum est, quod cambia sicca sint prohibita, quod non sit licitum vti illis ad finem bonũ videlicet ad succurrendum alicui in suis indigentijs, & necessitatibus, ita id Ioannes Baptista Lupos *in suo tract. de vsuris 52. num. 27.*

33 Cambium vero reale dicitur illud quando fiunt litteræ in eo loco vbi datur pecunia vnus generis, & pro alio contrahente datur pecunia alterius generis alibi soluendæ, quod cambium reale dicitur, quia sine fictione realiter, & cum effectu moneta diuersa soluitur, & realiter ad inuicem commutantur, in quo consistit realitas cambij veri.

34 Hoc autem reale cambium tribus modis efficitur primo videlicet ponamus, quod quis reperitur in Ciuitate de Barcelona, & indiget pecunia Romæ, & hoc casu reperitur commoditas, & utilitas pro vtroque, & sic vnus alteri cambiat, seu permutat certã quantitatem, & hoc cambium erit licitum, & permissum recipere interesse, Sotus *lib. 6. de iustitia & iure quest. 10. num. 1. instructionum*

- negotiantium lib. 2 cap. 3. Nauarrus *diēt. cap. si nauiganti a num. 60. & ad 70.*
- 35 Secundo modo cambium reale conficitur quando quis dat alicui mercatori ponamus Barchinone certam quantitatem, vt eā transcribat in Ciuitatem de Napols ad certas nundinas, quia in dicta Ciuitate de Napols indiget dicta quantitate quam mercator Barchinonensis cum dictis litteris cambij remittit soluendam in dicta Ciuitate de Napols, & hoc casu est licitum, & permissū recipere interesse iuxta modum lucri, quod currit secundum generalem consuetudinem, pluribus relatis sequitur Morlan. *in dicto suo emporio iuris quest. 25. nu. 42. circa finem*, maxime hodie eo quod non reperitur pecunia gratis, iuxta tradita per Afflict. *decis. 91. nu. 8.* & ibi Curcilis. *decisio Rota Genuen. 14. à n. 88.* relata per don Garciam Mastrillo *tom. 3. decis. Regni Sicilia 204. nu. 5.* Tum ex natura ipsiusmet contractus licet enim controuersia fuerit, cui contractui magis assimiletur cambium, iuxta tradita per dictum Mastrillo *d. decis. 224. num. 15.* asserit tamen, quod hodiè talis contractus cambij magis assimiletur contractui permutationis, ex *decis. allegata Rotæ Genuæ. Molina de Societ. Iesu to. 2 de iustitia. & iure disp. 396. Soto de iust. & iure q. 8. art. 2 lib. 6. Lupus de usuris §. 2. n. 62. vsq; ad 73.*
- 37 Tertio contrahitur cambium reale ponamus, quod quis est Romæ, & indiget certa quantitate pecuniæ quam accipit ab aliquo mercatore Romæ degenti, cui dat literas, vt soluatur quantitas in Ciuitate de Barcelona, hoc casu licet aliqui fuerint in opinione, quod non erat licitum recipere interesse, contrarium tamen à Theologis, & à iuris Pontificij peritissimis Doctoribus receptū, & aprobatissimū fuit cessante omni dolo interesse recipere, vt ex *l. si remunerandi §. mandati l. hoc iure §. labeo ff. de donationib. & ex l. pupilla. 10. in fine, ff. quæ in fraude creditorum*, referit Genua *de script. priuat. lib. 3. tit. de litteris cambij num. 39.*
- 38 Quæri ante omnia potest, an in litteris cambij sit apponenda dies in qua litteræ firmanantur, & licet Crocus *conf. 51. num. 4.* quem allegat Fontanel. *de pact. nuptia. tom. 1. claus. 1. num. 8.* dicat non esse de substantia, quod dies apponatur, eo quod litteræ cambij sint scripturæ priuati, nisi essent in tertij præiudicium concurrentis pro aliquo credito, tamen existimo diem esse apponendam, quia obseruantia sequuta dat formam seruandam, ex *l. 1. & 2. l. veritas C. de fideicommiss. Craueta diēt. conf. 274. per tot.* & hoc videtur sequi Fontanel. vbi supra, vbi ex mente plurimorum refert, quod quoties ad
- substan-

40 substantiam actus requiritur scriptura dies est apponendus certū
est autem, quod de substantia cambij est, quod litteræ interue-
41 niant adeo, quod ipsis non interuenientibus interesse non de-
beat.

42 Quæri vltcrius potest si litteræ cambij ante earum solutionem
sint deperditæ, an agendum sit contra eum qui illas scripserat, an
vero contra eum qui eas acceptauerat, hanc quæstionem tractat
Antonius Genua *lib.3. de litteris cambij quest.1.* referens diuersorum
opiniones, *ipse autem num.4.* fœdere distinctionis resoluit dicens:
quod aut litteræ cambij postquam fuerunt traditæ illi ad quem
directæ erant, & fuerunt acceptatæ, & postea deperditæ hoc casu
pro recuperatione pecuniæ est agendum contra eum qui accep-
tauit, quia ex acceptatione ipse se constituit debitorem, ita deci-
43 sio Rotæ Genuæ *168.num.12.* ex quo si ille qui acceptauit efficitur
non soluendo, vel aufugit periculum absque dubio est creditoris
qui illas præsentauit, nec potest agere contra primum scribentē,
ex doctrina Bald. *in l.pro debito num.2.C.de bonis auctoritate iudicis possi-*
44 *dent.* Si vero litteræ in itinere sunt deperditæ: antequam præsen-
tarentur ei ad quem directæ erant certum est periculum currere
pro scribente, *ex l. qui absenti ff. de acquirenda possess.* Doctores omnes
in l. singularia ff. si certum petatur.

45 Solent quandoq; accipere ad cambium per nautas ad fabricā-
dam nauem, seu cimbas, vel ad reficiendum eas, cui negotiatio-
ni iam est forma præfixa per admodum Illustres Cōciliarios quæ
leguntur *in lib. Consulatu fol. 108. pag. 2.* vbi disponitur, quod omnia
cambia, seu mutua ratione nauium debent constare ex publicis,
& autenticis instrumentis alias, quod cambia non soluantur, &
quod in primo versiculo scripturæ teneantur scribere, & firmare
ipsi nautæ, siue Patroni, & scribæ nauis, si forsan existat asseuerā-
tes medio iuramento, quod quantitates acceptæ ad cambium
deseruiunt pro necessitate, & reparatione nauium exprimendæ
46 damna, quæ recuperari debent, hoc etiam describendo in libris
nauigij, vbicumq; damnum reparari debet ita quod illi, qui pe-
cunias acomodarunt possint ostendere pecunias suas in talem re-
47 fectionem expensas fuisse omni fraude cessante, seruando ad vn-
guem ordinationes prædictas præsentis Ciuitatis, aliàs prædicti
nauicularij deperdant sua salaria, & remaneant obligati in perso-
na, & bonis etiam si nauis pereat nisi iam coram Magnificis

Consulibus Logiæ maris legitimis probationibus probeant prædictas pecunias realiter, & de facto deseruisse refectioni nauium.

48 Similiter statutum est in dictis ordinationibus, quod si forsan in diuersis locis, & temporibus sint accepta cambia, quod in solutione eorum fiat graduatio equaliter inter ipsos creditores nullo habito respectu ad temporis prioritatem, neque iuris potioritatem.

49 Sed non erit extra institutum quærere, an is qui ad cambium dedit pecuniam ad opus reficiendi nauem teneatur curare, quod realiter pecunia conuertatur in refectionem nauigij, hanc quæstionem (circa creationem censualium) tractaui in *meis varijs cap. vlt. de executione censualium num. 374.* dicens si sufficere, quod mutuans sciat, & cognoscat institorem nauis fuisse propositum, & nauem esse in eo statu, quæ refici deberet, argumento textus in *l. fin. ff. de exercitoria actione, iuncta glos. verbo refici deberet,* & in hac sententiâ est Bartulus in *d. l. fin.* Ioannes Gutierrez alleg. 1. num. 2.

50 Cum autem iste contractus iure Romanorum esset incognit⁹ prout hodie obseruatur, & retuli in principio huius capituli, nil mirum, si ad illius securitatem veteres hypothecam non introduxerunt, vnde noster Antonius Oliba *de actionib. tom. 2. lib. 3. §. item seruiana in posteriori commentario,* in principio illius dicebat, quod ex nostris constitutionibus hypotheca ultra casus à iure communi expressos extensa non erat, & numeratque, ibi Oliba in quibus casibus de iure communi hypotheca interueniat penes quem videre poterit qui latius cupiat, *§. lib. 2. §. item seruiana mihi pagin. 215. & pag. 347. num. 17.* & in hac opinione videtur persistere noster Xámar in suo *lib. rerum iudic. par. 1. decis. 49. à num. 8. cum sequentib. vsque ad 16.* resoluens creditores ex cambijs solum habere actionem personalem.

51 Notandum vero est circa prædicta ea quæ refert Cancer. *tom. 1. var. cap. 21. num. 33.* quod in Cathalonia iure speciali hypotheca introducta erat in bonis campforum pro securitate eorum qui pecunias suas penes illos deponebant, ex constitutione Regis Iacobi quæ est. *2. tit. de depositis, y cambiados,* quod idem censisse videtur dō

52 Ludouicus à Peguer. *tom. 1. decis. 38. num. 15.* asserens in Cathalonia creditores campforum hypothecam habere in bonis eorum ex dicta particulari constitutione, sed cum hodie iam non existant campfores in hac Ciuitate non est curandum.

Sed

53 Sed quæri potest, an si data fuerint litteræ à debitore ad soluendum debitum, ex traditione earum solutione non sequuta sit liberatus debitor, hanc quæstionem latè tradit Fontanel. *tom. 1. decis. 124. & 125.* asserens magnam fuisse dubitationem; fuerunt enim aliqui qui existimarunt, quod si litteræ fuerint præsentatæ illi cui directæ erant, vt soluëret iuxta stylum mercatorum, & in dorso litterarum fuisset scriptum per eum cui directæ erant, *vista, y acceptada per mi infra scrit a tantis de tal mes, y de tal any, N.* quod primus qui illas dederat erat liberatus.

54 Alij vero existimarunt primum debitorem per nudam acceptationem illius, cui remissæ erant non esse liberatum quovsque quantitas in eis contenta realiter erat soluta, ex Paulo de Castro *in l. debitorem ff. de nouationib.* Anton. Gabr. *eodem titulo conclu. 1. num. 18. & 27.* Rota Genuæ. *decis. 2. num. 11. & 24.* Marefcot. *variar. resol. lib. 2. cap. 11. num. 7.* asserens, ita decisum fuisse in Rota Romana de anno 1598. dicendo, quod solutione non sequuta creditor potest interim ea omnia facere quæ antea poterat, ita Farinac. *decis. 445. to. 2.* Ludouisius *decis. 217.* & ibi additiones Farinac. *par. 1. decisionum recollectarum per eundem decis. 279.* & sic declaratum fuisse in Regio nostro Supremo Senatu 1595. refert Fontanel. *tom. 1. decis. 124. num. 5.* reddens rationem, quia principalis non eximitur à primeua obligatione, nec acceptatio litterarum adquiescit solutioni, nisi solutio sequatur. Quemadmodum enim qui vendit rem habita fide de pretio non amittit dominium rei venditæ, non sequuta solutione reali, *ff. vendita inst. de rerum diuisione*, ita neque liberatur prius debitor ex traditione litterarum, sicut nec creditor amittit ius suum ita tenet Scaccia *de commerc. & camb. ff. 2. glos. 5. num. 313.* Gratian. *discep. foren. 64. num. 4. lib. 1.* Ludouisio *decis. 217.* vbi dicit, quod acceptatio litterarum non sequuta solutione non liberat primum debitorem, quia delegatio non est legitima facta *decis. Rota Genuæ 2.* Marefcot. *var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 7.* Ille autem qui litteras accepit antequam reuertatur ad illum qui illas dederat debet diligētias facere aduersus eum qui illas acceptauerat, & illum cum instrumento requirere vt soluat, vt tradit Codex Fabrianus *lib. 4. tit. 1. defin. 1. num. 5.*

59 Est tamen aduertendum, quod ille cui litteræ fuerunt datae nō sit mortuus in præsentatione earum, nec in instāda solutione, vt ille qui eas acceptauit soluat nam si ipse morosus sit nimis (quod ab

- ab arbitrio Iudicis dependet) iuxta probationes per eum factas
 60 tunc mora imputabitur illi qui litteras acceptauit, vt notat Fon-
 tanel *tom. 1. decis. 125. num. 18.* ex sententia Scaccia *de commerc. §. 2. glos.*
5. num. 325. cum sequent. Afflict. *decis. 353.* Pereyra *decis. 106. num. 7.* & no-
 uè Melchior de Feuo *decis. Portugal. 209. 2. par.*
- 61 Vtterius quæri potest, an procurator cum libera, & generali
 administratione possit accipere ad cambium, hanc materiam la-
 tè tractat Mestriillo, volens quod quando fit alicui generaliter ad
 aliquam negotiationem, quod sub illa generalitate comprehen-
 62 datur potestas ad faciendū ea omnia sine quibus negotiatio sus-
 tineri non potest, & si in mandato adsit facultas accipiendum ad
 mutuum poterit indistinctè ad cambium accipere; hæc quæstio
 63 fuit valde disputata in Regio nostro Supremo Senatu ad relatio-
 nem Magnifici Hieronymi Senjust in causa vertente inter credi-
 tores Francisci, & Bernardini Planas botigueriorum telarum ex
 vna, & tutores, & curatores filiorum dictorum Planes prædefun-
 cto enim dicto Francisco fratre, & consocio dicti Bernardini, di-
 ctus Franciscus Planes in suo testamento ordinauit, quod dictus
 64 Bernardinus dictam botigiam conseruaret sub his verbis: *donant*
al dit mon germà sobre las ditas cosas, y sobre la total administracio de dita
botiga, y companyia tot lo que per la administracio de aquella serà necessari
tal, y tanta potestat, quanta, y qual yo tinch ab libera, y general administra-
cio ab plenissima facultat, y indeficient potestat. Ultra prædicta verba fuit
 probatum per testes, & ex diuersis partitis banchorum, quod vi-
 uente dicto Francisco accipiebāt ad cambium, & sic valere cam-
 bia accepta per dictum Bernardinum superuiuentem; quia sem-
 65 per censetur socios adinuicem sibi mandasse, vt ea quæ ad utili-
 tatem, & necessitatē societatis viderentur necessaria fierent, Ro-
 manus *cons. 398. confirmans ex glosa ordinaria in l. nemo ex socijs ff. pro so-*
cio, Felicius in tract. de societate. cap. 30. num. 20. decis. Rota Genue 14. nu. 123.
 66 idem Romanus *cons. 114.* Straca *de mercatura tit. mandati nu. 19.* resol-
 uens, quod in generali mandato veniunt omnia ea quæ consti-
 tuentes facere solebant, ex *l. vniuersor. ff. de pignoratitia actione*, & quæ
 ex consuetudine loci Bartulus in *l. si fraudato ff. que in fraudem credi-*
torum, l. 1. C. de pascuis publicis. & priuatis. Decius *cons. 441.* multa alia
 fuerunt à me deducta in memoriali à me facto vti aduocato cre-
 67 ditorum quibus omnibus non obstantibus per dictum Magnifi-
 cum Hieronymum Senjust facto verbo 9. Septembris 1616. fuit
 decla-

declaratum non potuisse dictum Bernardinũ Planes accipere pecunias ad cambium ad hoc vt ad solutionem earum remanerent obligata bona dicti Francisci defuncti, à dicta sententia pro parte dictorum creditorum fuit supplicatum, & causa cõmissa Magnifico Iosepho Roca de Aula Magnifici Regentis Regiam Cancellariam, per quem facto verbo fuit reuocata dicta sententia eo quod fuerit probatum, quod dicta cambia deseruierant pro utilitate dictæ societatis, pro vt latius est videre *in conf. 41. Iosephi Ramon.* in quo refertur tenor sententiæ reuocatoriæ latè per dictum Senjust.

- 68 — Ex prædictis duabus sententijs contrarijs saluo meliori iudicio censeo, quod probato, quod pecunia deseruisset ad opus societatis remanebant obligata bona omnia dictorum fratrum tam viui quam defuncti, & sic quilibet creditor ratione cambiorũ procurat probare pecuniam conuersam ad utilitatem.
- 69 — Solet etiam euenire, quod aliqui dant pecunias aliquibus negotiatoribus sub pacto, quod certam pecuniæ summam accipiãt, & negotiabunt saluo semper capitali, & quod prædictis dantib⁹ ad cambium certis temporibus præstabunt aliquid pro interesse. Et respondetur inualidum esse contractum; quia propriè non est mutuum, *iuxta textum in cap. consuluit de vsuris, nec est societas*; quia vt societas valeat nõ potest fors principalis esse salua pro vno, quia
- 70 in contractu societatis tam lucra, quã damna debent esse æqualia, *l. si non fuerint ff. pro socio §. et quidem inst. de societate.* & sic talẽ contractum vsurarium esse affirmant, Baldus *in l. 1. C. pro socio*, Decius *conf. 16. Iason. conf. 33. vol. 3. Romanus conf. 238. et 511.* quod idem esset si certum lucrum non esset assignatum, sed dictum, quod lucrum deideretur capitali tamen saluo, Straca *de mercatura tit. de contractu mercatorum num. 7.* don Ludouicus à Peguera *tom. 1. decis. 33. ad finẽ,*
- 71 Cancer *tom. 3. var. cap. 7. num. 50.* nec obstat, quod illud interesse velint colorare sub nomine cambij, *iuxta tradita per Nauarr. conf. 17. num. 5. lib. 5. tom. 2.* Latius per dictum Cancer *d. cap. 3. num. 54.*
- 72 — Quæri etiam potest, an exceptio non numeratæ pecuniæ impediatur executionem litterarum cambij de qua materia egi *in additionib. ad. praxim rubr. 29. à num. 99.* hanc quæstionem disputat Philippus Pasqualis *de viribus patriæ potest. par. 1. cap. 8. num. 65.* resoluens, quod etiam si adsit statutum, quod litteræ cambij habeant executionem paratam, nihilominus habebit locum exceptio nõ numeratæ

73 numeratæ pecuniæ si intra triginta dies opponatur, Afflicti. in cõstitutione causas per Magistros Iustitarios à num. 10. cum sequentib. lib. 1. Mantica decis. 77. nouissimè Scaccia de commer. & camb. §. 2. num. 1. & alios allegatos per dictum Pasqualis d. num. 65. confessio enim illa simplex censetur facta sub spe futuræ numerationis, *tex. formalis in l. si litterarum*, & ibi glosa Baldus, & Salicetus *C. de solutionib.* Rota Genuæ decis. 26. num. 27. Baldus *conf. 195. num. 2. lib. 2.* Mantica decis. 77. num. 3. Toro voto decisiuo 2. num. 17. Follerius ad Maranta par. 6. num. 17. Raphael de Turris de camb. disp. 2. quæst. 16. Gayto de concursu creditor. tit. 7. cap. 2. num. 2504. Faquine. *controuer. lib. 2. cap. 96.*

74 Sed quæri potest quando litteræ cambij habeant præsumptionem contra se videlicet, quod quantitas in illis expressa fuerit soluta, & dici potest, quod ex verbis illis: *pro totidem cambiatis*, non censetur soluta quâtitas, quod secus esset si in litteris cambij diceretur, *pro totidem receptis, vel pro totidem numeratis, vel pro valore habito*, hæc enim verba solutionem probant illa vero *pro totidẽ cambiatis*, potius denotant veram solutionem non interuenisse Rota Genuæ decis. 44. Scaccia de commer. §. 2. glos. 8. num. 7. Raphael de Turri quæst. 16. num. 11. & 36. Pasqualis de viribus patriæ potest. cap. 8. num. 76. Gayto de creditor. tit. 7. cap. 2. num. 2556. & in appendice ad dictum caput. nu. 10. & 11. in nouissima impressione, & licet, ex huiusmodi Doctoribus aliqui de mercatorû praxi attestentur, alij absolute loquatur ex stylo Curia Consulatû Logiæ maris obseruata iuxta verba posita.

76 Sed quid dicendû erit, si litteræ cambij fuerint acceptatæ per eum ad quem directæ erant, & ille qui eas scripserat decoxerit, cui dubio respondetur? quod si ille qui eas scripsit tempore quo scripsit non decoxerat, tempore quo fuerunt acceptatæ remanebit obligatus ille qui eas acceptauit, & ratio est quia ipse non est debitor scribentis, sed acceptando illas litteras censetur pro scri-

77 bente tamquam fideiussor obligatus, *ex notatis per glosam in autentico de fideiussorib. §. fin. vers. argentariorum*, quem refert Vincentius de Franch. decis. 307. num. 3. & de communi Doctorum sententia attestatur Surdus *conf. 528. num. 14. & sequent.* quod vt dictum est locum habet quando decoxio scribentis euenit post acceptationem litterarum, secus vero si decoxio ante tempus acceptationis fuerat, & acceptans litteras hoc ignorabat, ex Fabio de Cuna *conf. 82. nu. 1. cum plurib. sequentib.* Philip. Pasqual d. cap. 2. num. 70.

78 Vltcrius quæri potest, an recepta sorte principali cambij non facta mentione de interesse censeatur illud remissum, & licet prima facie videretur dicendum, quod sorte principali, seu pretio cambij recepto sine protestatione videatur interesse remissum per ea quæ notat Baldus in *l. fin. §. præterea C. de iure dotium colum. 2.* & ex Aretino in *§. fuerat num. 4. insir. de actio.* vbi monet. quod fructus nõ petantur iure actionis, quia videntur remissi, ex Corneo *cons. 145. num. 27. lib. 2.* quia videntur remissi per receptionem sortis principalis, *l. 4. Cod. depositi l. si quis in iudicio C. de exceptione rei iudic.* In hoc vero casu quando agitur de interesse cambij, quod diuersum est ex solutione illius non infertur ad solutionem alterius *glosa in l. si marito §. si fundum ff. solut. matrim.* vbi per receptionem dotis simpliciter receptæ non cesset petitio fructuum, & accessionum quas officio Iudicis deberi attestantur Castrenf. & Romanus latè Baldus *nouellus de dote 2. par. principali num. 6. & 11.* Ruinus in *rubrica ff. solut. matrimo. num. 80.* Matecillanus *singul. 91.*

81 Vltcrius quæri potest, an si Magnifici Consules in sententia omisserint condemnare reũ ad interesse cambij videatur reus absolutus, cui dubio respondetur? ex traditis per Surdum *decis. 69.* qui constituit differentiam circa petitionem aëtoris, quia si aëtor petit sortem, seu capitale vna cum interesse, & consules declarât non condemnando reum ad illud, tunc reus censeatur absolutus ab eo, ita Surdus *d. decis. 69. num. 3. & 10.* Si autem aëtor petendo capitale cambij non fuerit locutus de interesse, tunc Magnifici Cõsules cum non fecerint mentionem de eo in sententia poterit aëtor nouo libello oblato illud petere, *ex d. decis. num. 1.* eo quod interesse cambij non venit ex officio nobili Iudicis, sed ex natura contractus, nam si ex nobili officio Iudicis deberetur interesse accepta sorte principali, nec nouo libello posset aëtor interesse recuperare, quia acceptio sortis principalis extinguit totum interesse, quod Iudicis officio debetur, cum per se peti non possit. *l. 4. Cod. depositi l. 3. §. idem Iulianus,* & ibi Doëtores, & in *l. fin. ff. de eo quod certo loco,* Bartu. & alij ibidem Baldus in *l. eos in fine principij C. de vsuris,* Socinus *cons. 18. volum. 1.* Surdus *d. decis. 69. num. 2.*

84 Sed quæritur si litteræ cambij deperdantur qualiter procedendum sit, respondetur, quod ille cui traditæ fuerunt ad scribentem accedat ab eoq; petat, quod sibi restituat quantitatem sibi datã, eo quod cambium non sit sequutum ipsa autem scribens qui pecuniam

- cuniam accepit recusat restituere dicens prius sibi restitui litteras qui potuit esse, quod aliquis eas interuenisset, & virtute earum
- 85 recepisse pecuniam ab eo cui directæ erant, hoc dubium decidit Baldus in *l. instrumenta C. de fideicommissis in fine*, dicens, quod ille qui à me recepit pecuniam deperditis litteris tenetur illam restituere ille vero qui recuperat tenetur liberare mercatorem cum publico instrumento à quantitate recepta, hoc idem attestatur Maranta *vbi supra num. 48.* idem tenet Baldus in *l. pecunia in fine C. de solutionib. Iason. in l. huiusmodi §. si ita ff. de legatis 1. secunda lectura, & in l. admouendi de iure iurand.*
- 86 Mieres verò ad constitutionem Regis Iacobi 2. in Curia Barchinone *cola. 4. cap. 7 num. 10. mibi pag. 136. dicit*, quod si recipiens litteras eas acceperit animo non nouandi obligationem, (quod semper præsumitur nisi contrarium probetur, *ex l. nominationum C. de legatis*, tunc potest recurrere ad ipsum primum scribentem, *ex l. item illa §. vetus ff. de constituta pecunia*, si vero nouatio interuenerit, & ille cui diriguntur non sit soluendo absolutè ad primū redire potest excussio tamen illo cui directæ erant, quia tenetur de euictione, *l. si fundum C. de euictionibus*, quando vero nouatio censeatur facta, *vide textum in l. si mandauero ff. mandati, & toto tit. ff. & C. de nouationibus*, periculum enim litterarum semper spectat ad scribentem quoad vsq; litteræ suum effectum sortierint, *ex l. qui absenti ff. de acquirenda possess. l. singularia ff. si cert. petat.* nisi ille cui litteræ fuerūt traditæ sit in mora illas præsentandi cui directæ erant, & durante mora ille fallierit, quia tunc periculum currit pro illo qui eas acceperat, & morosus fuit.
- 87
- 88
- 89 Sed quid dicendum erit de illo cui litteræ fuerunt præsentatæ, & non erat debitor illius qui illas scripserat, an ex retentione simplici remaneat obligatus, & ita possit condemnari ad solutionem quantitatis in illis expressè, huic dubio affirmatiuè respōdeo, ex traditis per Genua *de scriptur. priuat. d. lib. 3. in notabilibus ad questionē 6. dicens*, quod ex retentione se in fideiussorem scripsisse, & in locum scribentis se reposuisse, *ex glosa in autentico de fideiussorib. §. si verbo argentariorum*, & tradunt Doctores in *l. singularia ff. si certum petatur.* Vincentius de Franch. *decis. 303. num. 3.* Fabius de inania *consil. 82. num. 6.* plures concordantes refert Petrus Biunius *cons. 50. num. 62. tom. 1.*
- 90 Plures alias resolutiones circa litteras cambij, refert Genua in

suo lib. de scriptura priuata lib. 3. tit. de litteris cambij, quædam notabilia, quæ si hic referrentur potius essent transcripta.

91 Quæri etiam potest generaliter, an litteræ cambij probationem, & obligationem inducant, & licet iam supra aliquid dictū sit, hic quædam attingam, ex Maranta *de ordine iudicior. 6. par. vers. si autem producantur testes num. 46.* constituens differentiam in obligatione eius qui eam scripsit, vel illius cui diriguntur, ita vt si is qui scripsit dispositiuè dixit pro quantitate recepta, tunc obligationē, & probationē inducant, *per tex. in l. quidem ff. de constituta pecunia,* & ibi Bart. & *in l. Titius eod. tit. Bart. in rubr. C. de constit. pecunia col. penul.* si vero litteræ dicāt enuntiatiuè, veluti genericè pro tanta quantitate ad cambium licet dictæ litteræ probent tamen non obligant, nec disponunt, *ex l. publica in fine ff. de positi l. fin. & ibi scribes ff. de infortoria actione.*

92 Quæri etiam potest, an via executiua possit procedi tam contra scribentem dictas litteras cambij, quam contra eum cui directæ fuerunt, & eas acceptauit, & licet Iacobus Tonduti *in suo lib. de præuentione ex scriptura priuata cap. 25. nu. 10.* dicat dictas litteras cambij non habere promptam executionem, hanc tamen quæstionē decisam refert don Garcia Mestriello *decis. 9. Regni Sicilia per rotam,* & licet videatur loqui iuxta ritum centū & quadraginta dicti Regni, tamen de iure indistinctè attestatur tenuisse Alexandrum post Angelum *in l. si ita stipulatus §. crisonogus ff. de verb. oblig.* Gabriel post multos alios, quos allegat *d. decis. nu. 2.* quia beneficium executionis est generale respiciens interesse omnium maximè, quia vt attestatur *num. 7.* litteræ cambij de iure habent promptam executionem, & celerrimam, vt dicit Beroius *conf. 53. num. 12. lib. 3.* Rota Genuæ *decis. 2. & 9.* Hondedeus *conf. 29. num. 7. volum. 2.* & sic fuisse decisum in Senatu Ciciliæ die 10. Aprilis 1604. & in hac sententia incidit Xammar *in suo libro rerum indic. 1. par. tom. 2. defn. 49. à principio.*

93 De prædicta materia memini *in prax. rubr. 29. de executione sentent. num. 96,* referens obseruantiam Regij nostri Supremi Concilij, ex Michaeli Ferrer *3. par. obseruatio. cap. 70.* vbi refert Regiam Audientiam non concedere executionem promptam pro cambio virtute litterarū, nisi pro quantitate quæ apparet realiter soluta, quia cambium non dicitur perfectum, nisi constet de vera solutione; actus enim non dicitur perfectus si eius respectu, & ad eius implementum aliquid fiendum restat, *l. soluendo ff. de solutionib. l. fin. ff. de*

- in ius vocando*, Cancer 2. tom. cap. 3. nu. 110. latius poteris videre in meis
 97 *additionibus d. rubr. num. 96.* quando vero cambium est perfectum, id est quod ultra litteras cambij, constat de solutione Regium Cōcilium executionem promptam concedit, nec exceptio vsurarij contractus retardat executionem, ut latè dixi in *additionibus ad proxim. dict. rubr. 29.* referens decisionem Regiam nostri Senatus.
- 98 Quæri etiam potest, an habens aliquam quantitatem ponamus mille libras, & illas tradidit alicui, si iste qui accipit pecuniam non curat dare eam ad cambium, an ipse talis possit condemnari ad interesse, & responderetur attentio, quod dicta negotiatio dandi ad cambium est licita præsumitur ipsum fuisse in dolo, ex Alexandro *conf. 103. num. 13.* Socin. *conf. 159. num. 9.* Parisio *conf. 89. num. 23. lib. 1.* etiam si agatur de simplici omissione facienda, Beccius *conf. 16. nu. 35.* decisio Genuæ 80. *num. 4.* & maximè *decis. 147. num. 10.* quia debet adhibere omnem illam diligentiam, quam adhiberet pro sua propria pecunia; paria enim sunt in iure non fieri, vel inutiliter fieri, l. *quoties ff. quis satis dare cogantur*, tum etiam quia ille acceptavit mandatum sub ea lege, ut ad cambium daret, quod tenebatur adimplere, & cum non adimpleuerit tenetur ad omne interesse, Rota Genuæ *decis. 9. num. 5.* & *decis. 24. num. 7.* qui ait, quod accipiens mandatum tenetur illud perficere, vel re integra renuntiare, vel soluere interesse iuxta valorem, ad quem solet interesse taxari veluti in habente pecunias ad cambiū destinatas, Rota Genuæ 68. *nu. 9.* Alexander *conf. 52. num. 6.* Parisio *conf. 91. volum. 1.* cuius verba refert Stræca *tit. mandati num. 51.* iuste enim peti potest tale interesse tanquam damni emergentis, iuxta tradita per Romanum *conf. 101.* Mascardo *conclus. 933.* Bereta *conf. 25.* Afflictis *decis. 91. num. 8.* Hondeus *conf. 50. num. 3.* Caualcano *decis. 2. num. 28. & 29.* Rota Genuæ *decis. 1. num. 43.* Decius *cap. cum venerabilis num. 14. de excep.* Franciscus del Castillo *decis. 112. num. 24.* quos refert Ramon. *conf. 41. num. 17.* & præcipuè si ille cuius est pecunia sit mercator, & solitus negotiari de quibus latè Fontanella *tom. 1. decis. 91. cum sequentibus.* Rota Genuæ *decis. 166. num. 8.*
- 104 Quæri etiam potest, an cambium possit contrahi antequam feria sit assignata, & præmium taxatum, hanc questionem tractat Raphael de Turri in suo lib. de cambijs *disp. 1. q. 25. par. 1. per tot.* ubi post longam disputationem tradit, quod cambium potest quocumque tempore celebrari, dummodo pretium differatur ad tempus habile

- le videlicet ad tempus in quo interesse taxatur per eos, qui taxa-
 105 re debent, quia humanis fraudibus est præcauendum, *l. in fundo ff. de rei vindicatione*, Decius *in leg. ea est natura cauillationis numero 2. ff. de reg. iuris*, Alciatus *de præsumptionibus reg. 2. præsumpt. 21. in fine*, Craueta *cons. 285. & in tractatu de antiquitate temporis 4. par. principali n. 136.*
- 106 Menochius *cons. 123. num. 1.* quia licet actus gestus præter solitum morem non caret maximè suspitione, vt post Bartulum, Baldum, & alios refert Menochius *de præsump. lib. 5. præsump. 20. num. 17.* & sic licet videtur aliquam suspitionem generali propter anticipationem tēporis, tamen cum principale interesse ipsius cambij concideratur
 107 quod non sit excessiuum lucrum, quod soluitur prædicto casu, non poterit argui suspitio fraudis, quia si certum est, quod pretium cambij potest confetti in arbitrium tertij de partium con-
 108 sensu, ex Saliceto *in l. ultim. num. 2. in fine C. de pactis pignorum*, multo magis poterit cōferri interesse cābij ad taxationē fiendā ex mandato Superiorum, quo casu iustum dicitur pretium, iuxta tradita per Nauar. *c. 23. de emptione n. 88.* ex dicto Turri *dict. disp. 1. q. 25. à n. 13.*
- 109 Quæri etiam potest, an si quis mercator transmissit litteras, ad suum correspondentem, vt soluat Seio certam pecuniæ quātitatem, quam ipse scribens accepit à N. tales litteræ probent solutionem in fauorem à quo confessus fuit recipere, si ipse qui scripsit non annotauit in suis libris solutionem dictæ quantitatis, hæc quæstionem resoluit Nunyas de Scobar *de ratiocin. cap. 11. nu. 34. vers. pone etiam*, ex mente Cardinalis Sabarellæ *cons. 153.* dicentis, quod tales litteræ probant contra scribentem, Boerius *decis. 33. num. 8.* & propter alias rationes quas ibi allegat dictus Scobar *ex decis. 2. Rota Genuæ 2. num. 9. & ex decis. 142. num. 1.* quia litteræ mercatorum inter ipsos habent vim publici, & auctentici instrumenti, iuxta tradita per Straca *de mercatura num. 64.* faciunt tradita per Menoc. *præsump. 65. lib. 3.*
- 110 Cambium datum clerico quomodo recuperetur ab eo vide notata ad titulum de iurisdictione Magnificorum Consulium.
- 112 Sed quia quandoq; vltra dictas litteras cambij veniunt aliæ litteræ vulgo dictæ *de auis*, dicendo in litteris cambij *pagarà v. m. segons se auisa, &c.* dubitari potest quid debeat probare ille qui vigore litterarum cambij dicit se soluisse, hæc quæstio ventillata fuit in nostro Regio Supremo Senatu ad relationem Magnifici Raphaelis Rubi & Coll inter Michaellem Puigjaner, & Vincen-

tiam Pollonia Balbis & Caldarò, viduam Hieronymi Balbis Civitatis Valentia, & die 7. Decembris 1607. fuit declaratum, quod ad hoc ut litteræ cambij in quibus fit mentio de litteris auisi profint ei qui allegat vigore illius soluisse necessarium esset, quod ostendat quomodo adimpleuerit ordinem auisi in illis litteris præscriptum, alias enim allegata solutio nil ei prodest.

- 114 In Consulatu Logiæ maris vertebatur causa inter Franciscum Horra negotiatorem, & Ioannem Baptistam Viues botiguerium telarum ratione quarundam litterarum cambij quantitatis quatuor centum & novem librarum pro debito principali, & ultra pro interesse, quæ causa fuit euocata ad Regiam Audientiam, & commissa nobili Hieronymo de Codina in qua causa fuit prætesum per dictum Ioannem Baptistam Viues executionem nõ posse decerni contra ipsius personam, & bona cum nullæ constitutiones dent executionem promptam, & rigidã pro litteris cambiorum, indeq; cum dictæ constitutiones non loquantur de litteris cambij non poterat executiue procedi.
- 115 Consultus per Magnificos Consules Logiæ maris respondit absque dubio potuisse executionem fieri promptam contra personam, & bona dicti Viues, cum non esset persona militaris ex sequentibus. Primo, quia dictæ litteræ cambij ex sui natura propter faciliorem negotiationem habent executionem paratam, ex Rota Genuæ *decis. 2. num. 9. & decis. 142. num. 1.* Straca *de mercatura par. 2. num. 14.* Genua *de scrip. priuat. lib. 3. quest. 6. num. 6.* Beroi. *cons. 33. nu. 12. lib. 3.* Mestritto *decis. 9. num. 7. retuli in praxi rubr. 29. num. 96.* sequuntur Gaito *in tractatu de credit cap. 2. titulo litteræ cambij quæ dicantur fol. 154.*
- 116 Quamuis enim esset euocata ad Regiam Audientiam tamen iuxta constitutionem primam *tit. de causas mercantiols,* & alia à me tradita *d. rubr. 29.* euocatio causæ non mutat naturam causæ mercantilis quando causa est cœpta in Consulatu, & sic seruãdus est stylus dictæ Logiæ, iuxta tradita per Posthium *de manutentione obser. 84. num. 33.* & maximè ex traditis ab eodem Posthio *decis. 216. num. 16.* cumque consuetudo Logiæ inconcussè fuerit obseruata potest, &
- 117 debet dictus stylus obseruari, duo enim actus stylum inducunt, & sufficiunt ad similiter iudicandum, iuxta tradita per Baldum *in l. de quibus ff. de legib. vers. sed quæretur, an sufficiant duo actus* Calitius *in strauagatorio Curiarum cap. 4. fol. 7. num. 5. & 6.* Vincent. de Franchis *decis. 91. num. 16.* Cæsar Barzi. *decis. 98. num. 12.* Fontanel. *tom. 2. decis.*

118 *cif. 398. num. fin. Molin. de Hispanorum primog. lib. 2. cap. 6. num. 24. retuli in prax. rubr. 24. num. 29. Michael Ferrer 3. par. obserua. cap. 505. Fontanella tom. 1. decis. 296. num. 5. & iuxta prædicta per dictum nobilem Hieronymum de Codina relatores dictæ causæ die 5. Aprilis 1656. fuit decisum prædictas litteras cambij promptam, & rigidam executionem habere, vt videri potest in originali processu penes Ioannem Fores & Montagut scriba causæ, existentibus aduocatis pro parte dicti Francisci Hortas Magnifico Francisco Vidal & Ros, & pro parte dicti Viues Magnifico Alexio Tristany V.L.D.D. cuius prouisionis (cum quotidie euenire possit) tenor est sequens.*

Die 5. Aprilis 1656. viso processu, & partium altercatis super supersedimento petito per Ioannem Baptistam Viues bouiguerium Ciuitatis Barchinonæ, cui exitit contradictum per Mariam Hortas uxorem Francisci Hortas gossiparij, siue cotoverij præsentis Ciuitatis vti succedentem pupillis filijs Iosephi Pich, visis scedulis, per partes respectiue oblatis, & scripturis exhibitis, visis videndis & attendendis attentis, & alias prouidet locum non esse prædicto supersedimento prætenso per dictum Viues, & ex consequenti, quod procedatur ad vltiora in executione instata per dictam Mariam Hortas, non obstantibus deductis, & allegatis, & pro his expediantur prouisiones opportuna iuxta stylum, & vtraq; pars soluat expensas præsentis altercati, & pro bis tractis fiat solita executio, & intimetur. De Codina, quæ fuerunt intimata per Balada dictis die, & anno dicto Borrell personaliter intra 9. & 10. horas.

119 Sed quæri potest, qualiter constare debeat de solutione quantitatis cambij, huic dubio respondetur, quod si solutio facta sit per medium tabulæ, siue banchi præsentis Ciuitatis ex partita remanebit probata, quia partita tabulæ, vel banchi habentur pro publico instrumento, vt refert Xammar in suo libello doctrina ciuilibus Ciuitatis Barchinonæ §. 19. num. 49. vbi ex generali consuetudine asserit, partitas tabulæ, & banchi dictæ Ciuitatis plenam probationem facere, tam pro faciente, quam contra aliam, quod præsentit Fontanel. de pact. tom. 2. claus. 4. glos. vnica par. 1. num. 17. vbi decisionem Regij nostri Supremi Senatus refert, comprobatur etiam ex Leonardo de vsuris quest. 39. num. 39. & 40. dicens, quod cum ex Pontificia constitutione prætium censualis in pecunia numerata sit soluendum tamen si de partita facta constat in bancho censetur pecunia numerata; idem tenet dictus Gaito in tractatu de creditoribus cap. 2. tit. 9. à num. 3214. Nogueros pluribus auctoribus allegatis, tenet in allegatione 16. a num. 5.

- 121 Nec alienum erit quærere, an ex partita, quæ in bancho, seu tabula fit, quæ dicitur *passapartidas*, dicatur pecunia soluta, cui dubio respondetur? quod eo casu censetur cum effectu soluta, quia
- 122 dicta *passapartidas* probant solutionem, eo quod solutio non solû dicitur facta cum pecunia numerata creditori datur, sed etiam quando ipse creditor est satisfactus per acceptilationem, compensationem, & nouationem, vt pluribus relatis, resoluit Leonardus in dicto tractatu de vsuris quæst. 26. à nu. 7. cum sequentib. Raphael de Turri in tracta. de cambijs disp. 2. quæst. 16. à num. 58. quia eadem quantitas quæ interuenit in creatione cambiij succedit in ea quantitate ex qua cambium fuit creatû, vt latè tractat dictus Raphael de Turri in dict. tract. de camb. disp. 3. quæst. 3. per tot. latè expendit Gaito de creditorib. cap. 2. tit. 7. à num. 103. vsque ad 1509. maximè si geminata sint dicta *passapartidas*, quia dictæ geminatæ confessiones factæ in dictis *passapartitis* excludunt omnes actiones, & exceptiones, *glosa in l. contractibus, §. sed quoniam verbo penitus opponi Cod. de non numerata pecunia*, Anton. de Graf. excep. 14. num. 13. & excep. 43. num. 16. maximè si inter eas interuenerit temporis interuallum, Hermosilla tom. 2. fol. 96. num. 46. Camillus Borellus cons. 56. à nu. 39. faciunt tradita per Cancer. 3. tom. variar. cap. 2. num. 41.
- 124 Cum autem ad executionem cambiij requiratur, quod constet litteras cambiij fuisse subscriptas ab eo qui cambium accipit cum sint scripturæ priuatæ, & ex se nullam fidem faciunt, nisi probatæ sint, vt ex Bartolo, & alijs in autentica, at si contractus C. de fidei instrument. l. scripturas C. qui potiores in pignore, & in l. admonendi C. de iureiurando, refert Fontanella tom. 2. decis. 371. num. 14. cum probatæ sint esse scribentis publicæ scripturæ reputantur inter mercatores pluribus relatis refert Xammar in suo libro rerum iudic. par. 1. decis. 49. nu. 33. Inde quæri potest qualiter dicatur constare de subscriptione illi qui firmavit, & ante omnia dico, quod quâdo datur aliqua quantitas ad cambium ille qui cambium accepit prima vice tenetur firmare in præsentia curritoris auris qui in eo interuenit.
- 125 De probatione priuatæ scripturæ multa referuntur à Fontan. de pact. nuptia. to. 2. claus. 6. glos. 9. par. 7. à principio referens decisiones nostri Regij Supremi Senatus, in quibus videtur disponere, quod testes deponere debeant de visu scribentis, nec sufficere, quod deponantur testes ex combinatione litterarum, neque ex compara-
- 126 tione vnus litteræ ad aliam cuius notitiam habet tamen cum in

- Consulatu Logiæ Maris non attendatur subtilitas iuris, sed veritas, & æquitas existimo sufficere, quod testes deponant de subscriptione litterarum, eo quod habent notam illius manum, quia habent notitiam, eo quod pluries viderunt, illum scribere, & hanc probationem in Logia maris sufficere existimo in qualibet quantitate etiam magna, reiecta opinione eorum, quos refert Fontanel. *d.claus.6.glos.3.par.7.num.16.* dicentium prædictam opinionem,
- 127 in quantitibus paruis locum habere, non vero in magnis, quia vt dictum est in Logia maris meram veritatem, & æquitatem Magnifici Consules inspicere debent, maximè cum prima littera sit scripta in præsentia curritoris, vt dictum est; durare enim præsumitur cambium donec de luitione appareat, & hanc resolutionem refert Fontanel. *de pactis tom.2.claus.6.par.7.glos.3.num.31.* ex Mascardo *de probationib.conclus.988.num.4.* Bursat *conf.103.num.9.* & ita decisum fuisse in Regno Portugaliæ, refert Caldaspeteyra *decis.97.per tot.*
- 128 Quotidianus potest esse casus, quem refert noster Xammar *in suo lib.rerum iudic.par.1.obser.43.* vbi refert, quod si socius administrator alicui societatis mutuauerit aliquam quantitatem ad cambiũ pro societate, & postea velit recuperare dictam quantitatem antequam societas finiatur, & computa definita non poterit talis socius quantitatem à se datam ad cambiũ recuperare, quia dependet à redditione computorum, vt latè per dictum Xammar *in allegationibus per eum factis ad dictam definitionem 43.* penes quem videre poterit qui longius videre cupiat, non enim omnia transcribenda sunt.
- 129 Non omittam referri casum nuper euentum pro cuius decisione multum fuit insudatum, casus igitur qui euenit sequens est, Hieronymus Vinyals agricola Parochiæ de Satria accepit ad cambiũ à Ioanne Sala barraterio certam quantitatem pro cuius securitate litteras cambiij dederat quas pro eo subscripserat Petrus Galuany mercator qui sciens instrumentum protestationis iam obtemptum esse à dicto Sala ad instandam executionem tam cõtra dictum Hieronymum Vinyals, quam contra dictum Galuany, dictus Galuany obtinuit apocham à dicto Sala cum cessione, & clausulis assuetis executionemq; fecit contra dictum Hieronymum Vinyals quem emancipare fecit in carceribus Episcopalibus præ-
- 130 sentis Ciuitatis. Pro parte dicti Vinyals fuit allegata mala captura ex defectu actionis dicti Galuany, quia realiter, & de facto
- 131 ipse

- ipſe non ſoluerat quantitatem cambij dicto Sala, & ſic quod ceſſio erit nulla, iuxta tradita per Michaelẽ Ferrer *3.par.obſerua. cap. 126.* Allegata dicta mala captura per dictum Vinyals, dictus Galuany cum effectu ſoluit dicto Sala dictam quantitatem de nouo que obtinuit ab eo ceſſionem, qua obtenta recomendauit de nouo dictum Vinyals dictis carceribus, per dictum Vinyals fuit allegatum, quod attento dicta captura à principio erat nulla non poterat recomendari, ſed ante omnia erat relaxandus à dictis carceribus, quia male captus ante omnia venit reſtituendus priſtinæ libertati, iuxta tradita per Caſtrenſ. *conf. 16. lib. 1.* Craueta *conf. 46. & 65. num. 1.* Ferrer *3.par.obſerua. cap. 109.* Alexander in *l. turpia col. 2. ff. de leg. 1.* Bartulus, & DD. in *l. ſed eximendi §. iſſ. ne quis eum qui in ius uocatus fuit potius in titulo de captura num. 9.* & in hoc puncto valde inſtabatur Aduocatus dicti Vinyals, valde tamen negotio conciderato conſului, quod Magnifici Conſules non liberarent dictum Vinyals à dictis Carceribus Episcopalibus motus ex ſequentibus.
- 132
- 133
- 134 Primo, quia regula illa, quod male captus ante omnia eſt relaxandus, & in priſtinam libertatem reduci, locum habet quando
- 135 recõmendatio fit per tertium creditorem, Michael Ferrer *3. part. cap. 109. & 453.* Farinac. *de carceribus, & carceratis quaſt. 27. num. 151. & num. 152.* tum quando conſtat à notorio captum non eſſe de nouo capiendum, Cancer *variar. tom. 2. cap. 7. num. 137.* Fontanel. *tom. 1. decif. 241. num. 11.* Surdo *de alimentis tit. 9. quaſt. 32. & 35. & 36.* Cæſar Barzius *decif. 134. num. 1.* conſtabat autem dictum Vinyals eſſe debitorem dicto Sala ex instrumento debitorij per dictum Vinyals firmato, & ex apochoa per eum dicto Sala, & ſic cum cauſa cambij conſtaret, & cambium originem traheret ex dicto debitorio tale cambium
- 136 fuit reale ex traditis per Cancer *variar. tom. 2. cap. 1. num. 276.* Fontan. *tom. 1. decif. 130. num. 7. & tom. 2. decif. 560. num. 3.* quia transfuſio vnus debiti habet locum in alio, Gratia. *diſcep. foren. tom. 2. cap. 321. nu. 9.* Fontanel. *tom. 2. decif. 559. num. 4. & decif. 560.* vbi latè de legitimo principio cambij.
- 137 Quo vero ad actionem competentem dicto Galuany contra dictum Vinyals ſufficiebat virtute ceſſionis in ſui fauorem factæ, quia ſufficiebat confeſſio facta per dictum Sala, licet aliter nõ conſtaret de ſolutione, ex traditis per Cancer *variar. reſolutionum tom. 2. cap. 5. num. 111. & 3. par. cap. 1. num. 196. & cap. 8. num. 41. & cap. 13. nu. 78.* Gratian. *diſcep. foren. tom. 2. cap. 286. num. 13.* Pro ſolutione enim habetur volun-

voluntas creditoris contentis se satisfactum esse Gratian. *discept. foren. tom. 3. cap. 559. num. 9 & cap. 321. num. 16.*

138 Considerata fuit etiam alia ratio, quod ius superueniens de futuro de iure Canonico (quod in Cathalonia seruetur) prodest ad victoriam obtinendam, Caneer *3. tom. cap. 3. à num. 467.* quod maxime est attendendum in Consulatu Logiæ maris vbi sola veritate facti inspecta est iudicandum, Straca *in tractatu de mercatura tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit, Maranta de ordine iudicio. par. 4. distinc. 9 num. 48. & 49.* & sic dictus Vinyals non fuit relaxatus à carceribus.

139 Hæc autem cambiorum cognitio, & decisio propriè, & peculiaris est Magistratus Logiæ omnium negotiationum maritimarum, & terrarum, vt suprascriptum est, priuatiuèq; ad alios quoscunque Iudices, (nisi in casu Regaliæ) ita vt de contrario non
140 possit dubitari reliquæ vero causæ quæ non sunt de prædictis, neque ex consensu partium, neque ex prorogatione in Consulatu Logiæ possunt tractari, iuxta tradita per Laurentium Matheu, & Sans Valentinum *tom. 1. de regimine Regni Valentia cap. 4. §. 10. numer. 7.* dicentem, quod licet iurisdictio Consulum sit ordinaria, ex traditis per Gregorium Lopez *l. 1. tit. 4. parti. 3.* Parladorum rerû quotidianarum, Solorsano per dictum Matheu allegatis, prædicta tamen iurisdictio Consulum, licet Iudicium ordinariorum limitata est ad res mercantiles, & maritimas, & sic nec prorogari potest ex partium consensu, neque ex renuntiatione proprii fori, Straca *de mercatura 2. par. fol. 523.* Solorsan. vbi supra, Molin. *in responso verbo Iudex mercatorum,* refertq; dictum Matheu quandam Regiam sententiam Valenti. Senatus eadem valde extollens.

142 Extitit dubium in Consulatu Logiæ maris, quod quædã mulier commendauit, & tradidit eius fratri certam pecuniæ quantitatem qui eidem sorori firmavit scripturam promittendo pro lucro dictæ quantitatis soluere singulis annis octo pro centenario volens quod dicta scriptura priuata haberet eandem vim, & robur, quod habent litteræ cambij dubitarum fuit, an deberetur
143 interesse. Orta fuit dubitatio ex eo quod interesse câbij, iuxta decretum solum debetur quando litteræ cambij internenerunt iuxta formam cambiorum super relatam, certum autem est actum factum contra formam præfinitam nullius esse momenti, ex *l. non dubium C. de legibus, cap. imperiali 25. quest. 2.* Mieres *1. par. volla. 6. pag. 384.*

in nouis. num. 2. retuli in meo de regalijs cap. 39. nu. 50. Sicque prætendabatur non interuenientibus litteris non posse interesse peti, fuerunt, & aliæ rationes deductæ.

145 Re tamen matura conciderata, & inspecta doctrina Ioannis Dominici Gaito in suo tractatu de credito tit. 7. cap. 2. quest. 5. nu. 1769. fuit declaratum, quod debebatur dictum interesse ratione lucri cessantis, quia inquit dictus Gaito, quod potest pacisci de certo lucro in cambio sicco si illud certum lucrum dependeat, & vicem sustineat veri, & probabilis lucri cessantis alterius realis, & veri cambij, vel alterius verè, & lucrosæ negotiationis, potest enim campo fictè, & siccè dare cambio sicco, & ficto sub interesse câbij veri si ipse mercator paratus erat dare pecuniam ad cambium reale, & dedit ficto, ex Nauarro, Fabiano, Azor, quos citat Scaccia per dictum Gaito allegatos, quæ verba sunt dicti Gaito, & sic cum dicta mulier parata esset dare ad cambiũ reale dictas bis mille libras potuit illas dare sub dicta forma indeque respiciens dictam pecuniam remansit obligatus perindeq; fuit condemnatus ad solutionem interesse ad rationem octo pro centenario pro lucro cessante faciunt tradita per Fontanella de pact. nuptia. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 1. à num. 181. cum sequentib. quoties enim interesse concideratur respectu illius qui solitus est negotiari debetur ei interesse mercantile, quod ad rationem duorum solidorum pro libra computatur, iuxta tradita per Cancer 3. tom. variar. cap. 7. à num. 45. cum sequentibus, quod secus esset si ille cuius pecunia est non esset solitus negotiari, vt latè per Cancer ibidem.

146 Euenit, quod quidam dedit pecuniam ad cambium, quod durauit plurimis annis in quibus interesse vniuscuiusque ferix fuit solutum superuenit in hac Ciuitate pestis, & bellum post quos labores ille qui cambiũ dederat volebat computa exigere de pensionibus, & interesse præteritorum annorum, ostendit vltimas so-

147 lutiones tres præcedentes dubitarum fuit, an teneretur docere de omnibus solutionibus præcedentibus, an vero sufficeret docere de tribus vltimis præcedentibus, cui dubio responsio data fuit, ex traditis per Cancer lib. 2. variar. cap. 6. num. 54. & ex Vincentio de Fráchis decis. 137. & a Mascardo de probationib. conc. 603. à num. 9. vsque ad 23. asserendo quod constituto de tribus vltimis solutionibus præcedentibus, cæteræ antiquiores censentur solutæ, quod latius extēdit idem Cancer variar. resolutionum tom. 1. cap. 14. à num. 75. cum sequent.

- 148 confirmans ex *l. quicumq; C. de apocis publicis lib 10.* declarando, quod illæ tres solutiones debent esse facta tribus continuis distinctis. Secus vero esset si vnica confessione tres pensiones confessæ fuissent, ex Sino, & Baldo in *l. 2. C. de dot. promiss.* idem Baldus in *l. quinquæ num. 3.* Alexander in *additionibus ad Bartulum in d. l. quicumque C. de*
- 149 *apocis publicis*, Menoch. *de presump. lib. 3. presump. 139.* & sic cum pensiones cambiorum eiusdem sint qualitatis, & prærogatiuæ qualis est scriptura tertij quemadmodum tres vltimæ pensiones consequitiuè, probant in contractu censualis si sunt diuersæ præcedentes, & vltimæ in pensionibus censualis, iuxta tradita per Cancer *d. cap. 14. de locatione num. 72.* ex Menochio *de presump. lib. 3. presump. 139. num. 27.* ita & in cambijs pensiones præcedentes solutæ censuunt si constat de tribus vltimis præcedentibus consequitiuè.
- 150 Cum supradictum fuerit pro executione cambiorum ad recuperandam pecuniam datam ad cambium dupliciter posse agi videlicet executiuè, si viuit persona quæ ad cambium accepit, vel subscriptionem in litteris fecerit, aut via ordinaria (defunctis dictis principalibus) contra eorum hæredes non erit alienum pro coronide huius capituli resolutiuè referre, an electa via ordinaria
- 151 possit quis ea ommissa ad executiuam viam redire, hanc quæstionem latè tractat Franciscus de Tonduti in *suo libro de præuentione iudiciali cap. 10 à num. 14.* Cancer *variar. resol. par. 1. cap. 17 à num. 42.* retuli in *additionibus ad praxim de Peguera rubr. 30. num. 55.* præcenserat idem Cancer *lib 2. var. cap. 3. à num. 124.* Salatius in *cap. 17. de appellationib. à num. 42.* postquam enim in dictis numeris tractauerit quæstionem *nu. 46.* resolutiuè dicit, quod vbi creditor potest agere executiuè contra
- 152 debitorem cum protestatione, quod nõ intendit præiudicare via executiua poterit postea ad executiuam viam redire, ex Decio *conf. 460.* Alexandro *conf. 30. volum. 4.* Marco Bruno *conf. 11. n. 82.* & ex alijs relatis per Virilis *decis. 326.* Sesse *de inhibitionib. cap. 2. §. 3. num. 48.* Gutierrez *practicar. lib. cap. 59. num. 6. & 7.* vbi vero absolutè via ordinaria
- 153 est intentata causa sine dicta protestatione, & in instrumento adfit clausula facultatis variandi de vno iudicio ad aliud intentata via ordinaria poterit redire ad executionem solutis expensis de
- 154 bonis ipsius agentis, Corduua Virilis, Gutierrez, vbi supra, Sesse vbi supra, idem Gutierrez *lib 3. practica. quæst. 39. nu. 2. in fine,* quæ expensæ soluendæ sunt antequam executiuè procedatur, si vero in
- 155 causa ordinaria fuisset denunciatus processus, tunc non admittere-

tur variatio, Cancer *d.num.48. in fine*, similiter si cæperit agere executiuè contra bona poterit absque renuntiatione, & protestatione
 156 ne procedere ad executionem personæ, protestatio autem licet in quocunque actio iudiciali debeat fieri, iuxta à me tradita *in additionibus ad praxim rubr.8.num.44.* si tamen in principio actus fuerit posita protestatio, quod eam vult habere pro repetita in quolibet actu sufficiat, prout dixi *in d.rubr.8.num.46. & in meis varijs resolutionibus cap.2.num.147.*

157 Non alienum erit ab instituto referre hic casum iam decisum, ex quo aditus patet ad alios similes, & fuit Petrus Galuany mercator subscripsit litteras cambij pro Hieronyma Vinyals vidua, & Francisco Vinyals eius filio agricola Parochiæ de Sarria, à Ioâne Sala barraterio qui dederat dictam pecuniam dictis Vinyals, quæ litteræ transmissæ fuerunt ad Ciuitatem de Tortosa vbi fuerunt protestatæ, vt ex instrumento protestationis aparuit dictus Galuany qui scripserat dictas litteras timuit ne dictus Sala cõtra illum executionem instaret, ad quam vitandam dictus Galuany obtinuit apocham cum cessione, indeq; instauit executionem prõtam contra dictum Vinyals, quæ per Magnificos Consules fuit
 158 prouisa, & captus dictus Vinyals, & carceribus Episcopalibus mæcipatus, pro parte dicti Vinyals fuit allegata mala captura ex defectu cessionis factæ per dictum Sala in dicta apocha, quia realiter, & verè nõ constabat dictum Galuany soluisse dicto Sala, quibus intellectis per dictum Galuany existente, iam capto dicto Vi-
 159 nyals realiter, & de facto dictus Galuany soluit dicto Sala quantitatem dicti cambij, & obrinuit à dicto Sala de nouo apocham, & cessionem, cumq; pro parte dicti Vinyals fuisset in scriptis oppositum de nullitate suæ capturæ, cum tempore capturæ realiter dictus Galuany non soluisset dicto Sala dictam pecuniam, indeque cessio eo tunc facta non esset valida, *ex textu in l.per diuersas, & in l.ab Anastasio C.mandati.* Deducebat etiam dictam capturam non posse sustineri ex cessione in vltima apocha facta cum dictæ executionis non inesset à principio, vt attestatur Ildefonsus Perez de Lara *in tractatu de annuerialis lib.1.cap.10.num.68.* quem citat Cancer *2.tom.variar.cap.3.num.14. in additionatis.*

160 Dictus vero Galuany contradicendo prædictis ad iustificandã suam intentionem produxit instrumentum debitorij firmatum per dictos matrem, & filium Vinyals, ex quo fuit creatum dictum cambium

cambium exhibuit similiter vltimam apocham cum qua Magnifici Consules commisserunt causam decidendam Assessoribus ordinarijs per quos fuit declaratum executionem, & detentionem validam esse ex fundamentis sequentibus.

- 161 Primo, quia ex instrumeno debitorij per dictum Galuany exhibito constabat de debito prædicto à quo dictum cambiũ originẽ acceperat cũ ex pecunia antea confessata valeat creare cambium, iuxta tradita per Cancer *2.par.variar.cap.1.num.276.in additionis*, Fontanel. *tom.2.decis.130.num.7. & decis.260.num.3.* vbi de creatione censualis ex pecunia antea debita quibus stipulatur, quod
- 162 fit transfusio vnus debiti in aliud, iuxta tradita per dictum Gratian. *discept.forens.tom.2.cap.321.num.9.* Fontanel. *tom.2.decis.559.num.4.* vbi de nouatione resultante, & decis. vbi agit de retrotractione breuis manus ex quibus non potuit dubitari de legitimo origine dicti cambij.
- 163 Secundo, quia statim atque fuit confectum instrumentũ protestationis dictus Sala poterat executionem decernere contra dictum Galuany, qui litteras subscripserat tam in bonis, quam in persona indeq; potuit dictus Galuany, vt liberaretur à fideiussione executionẽ instare contra dictum Vinyals, Codex Fabrianus *lib.4.tit.26.defin.26.*
- 164 Concideratum etiam fuit, quia vt dictus Galuany posset agere contra dictum Vinyals sufficiebat sola confessio de recepto facta per dictum Sala, non aliter constituto de solutione dictæ quantitatis, ita Cancer *variar.resolut.par.2.cap.5.num.111. & 3 par.cap.1. num. 196. & cap.8.num.41.* quia in fideiussore qui talem confessionem fecit, & cessionem in sui fauorem habet à creditore non requiruntur, *d.ll.per diuersas, & ab Anastasio;* quia talis cessio non dicitur voluntaria, sed necessaria, Cancer *1.par.variar.cap.13.num.78.* Gratian. *discep.forens.tom.2.cap.286.num.13. vbi in nu.11. & 12.* istam solutionem præsumptiuam, seu interpretatiuam appellat, in cessione vero necessaria qualis erat firmata per dictum Ioannem Sala, dicto Galuany non præsumpta, nec interpretatiuè dicitur, sed necessariè,
- 165 & in cessione necessaria non habent locum, *lleges per diuersas ab Anastasio,* Cancer *d.num.78.* Gratian. *d.cap.286.num.14.* Despujol *in additionibus à Mieres ad constitutionem hac nostra tit. qui solu. matrimonio nu. 55.* vbi etiam ius cedentis est indubitatum, Gratiano vbi supra *n. 9. & 10.* vbi ait, quod creditor qui pro se habet obligationem cameralem

meralem cum cessione censurarum, & mandati executiui, Canc. 3. par. cap. 1. num. 161. inde cum prædicto casu concurrerent debiturum antecedens litteræ cambij, & instrumentum protesti certum est, quod dictus Sala promptam habebat executionem contra personas, & bona dictorum Vinyals, & Galuany perindeq; poterat cedere.

167 Vltius fuit concideratum, quod dato, quod requireretur vera solutio adhuc, & prædicto casu dicebatur vera solutio, quia solutio vera censetur omne illud, quod creditor pro solutione habet, Gratia. *discept. forens. tom. 3. cap. 558. à num. 9. & cap. 321. num. 6. & cap. 553. num. 9.*

168 Tandem cum de iure Canonico deficiente cõstitutione prius seruandum sit ius Canonicum, *ex constitutione anno 1599. cap. 40.* ius superueniens ex causa de futuro prodest actori ad victoriam, Cáncer 3. tom. cap. 3. num. 467. hoc maximè procedit in Curia mercatorum, cum in ea magis attendatur ad iustitiam naturalem, & veritatem, quam ad apices iuris Maranta *de ordine iudicior. 4. par. distinc. 9. num. 48. & 149.* Straca *de mercatura tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit, num. 1.*

169 Vnde cessio illa facta in vltima apocha iustificauit capturam præcedentem, Gratia. *d. disp. 286. num. 10. & 14.* nec obstabat regula illa, quod male captus ante omnia est relaxandus, quia illa locum habet quando constat à notorio de nouo non esse capiendum, Cáncer tom. 2. cap. 7. num. 137. Fontanel. tom. 1. decis. 241. num. 11. Surdus *de aliment. tit. 9. quæst. 32. nu. 35. & 36.* constabatq; ex dictis, dictus Vinyals fore capiendum quando non extitisset captus.

De eadē materia capituli præcedentis.

S V M M A R I V M.

Narratio casus. num. 1.

Bonis absentis est dandus curator. num. 2.

Bonis absentis, proximior consanguineus illius est in curatorem dandus nu. 3.

Iudex ex officio potest curatorem dare bonis absentis, & ad hoc satis est, quod extant creditores illius. num. 4.

In petitione curatoris dandi absentis, ante omnia est deducendum de absentia illius. num. 5.

Consules Logia peculiares Iudices sunt in causis cambiorum. num. 6.

Iudex competens debet esse, qui prouidet de curatore. num. 7.

Bona debitoris sunt hypothecata pro cambio ab eo accepto, & licet sint penes alium transferunt cum illo onere. num. 8.

Alterius casus narratio. num. 9.

An sequestrum possit prouideri die feriata. num. 10.

Existente periculo potest procedi ad sequestrum diebus feriatis. num. 11.

In casu periculi receditur à regulis iuris.

Resolutio casus num. 9. propositi. num. 13.

- 1 CVM finem imponerem huic capiti, euenit casus de quo fuit dubitatum, cuius resolutio hic traditur, euenit casus, quod à Villa de Madrid fuerunt transmissæ quædam litteræ cambij directæ cuidam mercatori præsentis Ciuitatis cui fuerunt præsentatæ, ipse autem recusauit eas, & protestatæ fuerunt. Ille qui Madriti erat habebat quædam bona sua propria penes tertiũ in hac Ciuitate, qui custodiæ causa penes se habebat, dubium extitit cũ litteræ cambij ex Logiæ stylo habeant promptam executionem, iuxta tradita per Xammar rerum iudica. par. 1. defn. 43. num. 20. possent
- 2 exequi bona illa penes tertium existentia via executiua; pro resolutione dicti dubij dixi, quod bona illa penes commendatariũ reperta propria erant illius qui litteras dederat, cum tamẽ essent bona absentis, prius erat dandus curator illis, iuxta tradita per Ioannem Gutierres in suo lib. de tutelis, & curis 3. par. cap. 17. num. 2. vers.
- 3 idemque est, &c. vbi attestatur bonis absentis proximiorẽ consanguineum illius esse in curatorem dandum cum fideiussoribus, & reliquis solemnitatibus, sicut bonis captiui, iuxta glosam finalem ad finem, & ibi Baldus in l. cum cognatos C. de captiuis, & post lim. reuer. & in l. ab. hostibus, verbo si id est, idem Baldus, & alij per dictum Gutierres allegati, Bartolus in l. muto. ff. finali. ff. de tutelis, & in l. si pupillus ff. finali num. 2 ff. de tutel. & ratio. distra. glos in cap. ceterum versi. ab utraque parte de iuram. calum. Boerius decis. 88. vbi expressẽ dicit, quod hæc cura propinquioribus est danda, Alexander conf. 221. num. 5. volum. 6.
- 4 quia Iudex ex officio curatorem potest dare bonis absentis etiam nemine petente, vt attestatur dictus Gutierres, d. cap. 17. num. 4. dicens, quod satis est ad dandum curatorem bonis absentis, quod extant creditores illius de quorum præiudicio agere possit, vnde
- 5 in petitione qua petitur curator, ante omnia est deducendum de

- absentia illius qui litteras firmavit, *iuxta textum in l. hoc autem ff. defendit. ff. ex quibus causis in possessione*, eatur Angelus *cons. 103.* sequitur Rolandus à Valle *tom. 1. cons. 48. num. 14. & 15.* est etiam deducendum in supplicatione, quod penes N. existunt bona illius qui litteras dedit quibus narratis cum in Consulatu Logiæ Magnifici
- 6 Consules peculiare iudices sint in causis cambiorum ex Regijs privilegij, de quibus supra late ex quibus aparet, quod prouisio facta de assignatione curatoris est valida cum legitimus sit, Iudex
- 7 competens enim debet esse qui prouidet de curatore, *iuxta textum in l. 1. & 2. ff. de curato. bo. dan.* quia licet persona debitoris non subsit ratione suæ personæ Magnificis Consulibus tamē ratione debiti, & bonorum existentium intra Ciuitatem Iudices sunt competentes, & sic attestatur dictus Roland. à Valle *dict. cons. 48. nu. 17.*
- 8 Vnde dato curatore prædictis bonis executio poterit decerni contra illa (intimatis tamen procedimentis dicto curatori) quia illa bona dicti debitoris cum sint hypothecata dicto cambio transierunt cum illo onere ad ipsum detentorem, *ut ex l. si debitor C. de distrac. pigno. l. hijs cui opus, vbi late Iason num. 6. ff. de noui. oper. nuntia. cum alijs. Surdo decis. 266. num. 10. refert noster Xammar in suo lib. rerum indicat. decis. 5. num. 4.*
- 9 In festiuitate Pascatis huius anni 1659, euenit, quod quidam ex ordine, & commissione quorundam mercatorum Ciuitatis de Mallorca emit certam quantitatem tritici ad transmitendum ad eos & ratione emptionis dicti tritici pecuniam ad cambium accepit à Magnificis Iosepho, & Ioanne Mora Ciuibus honoratis Barcnone, & Iacobo Galuany mercatore quibus litteras cambij dedit dictis mercatoribus directas, quæ illis præsentatæ fuerunt in dicta Ciuitate de Mallorca, & prædictis mercatoribus præsentatæ fuerunt per dictum agentem, dictorum mercatorum, fuit oblata supplicatio Magnificis Consulibus narrando dictum factum petendo, quod cum ad eius notitiam peruenisset, quod dictorum mercatorum propria nauis existeret in portu Ciuitatis de Tarragona, & in dicta Ciuitate existerent aliqua bona dictorum mercatorum petebat dictam nauem, & bona eorum ubicunque existentia intra Principatum Gotoloniæ sequestrarentur offerendo de prædictis dare informationem exhibendo instrumentum protesti prædictis mercatoribus oblato in dicta Ciuitate de Mallorca. Maior dubitatio quæ extirrit fuit, an dictum sequestrum possit prouideri præ-

- ri prædicta die, cum esset feriata in honorem Dei, cum illis nec de consensu partium possit renuntiari, ex traditis per Maranta de ordine iudic. par. 4. disp. 16. num. 83. Thesaur. decis. 39. Gail. prac. obseru. cap. 53. num. 16. l. b. 1. & dixi in addit. ad praxim rubr. 14. à num. 144. vbi latè
- 11 Re tamen maturis conciderata attento periculo imminente, quod prædicta navis existens in portu de Tarragona iter arriperet ad Ciuitatè de Mallorca prædictusq; creditor defraudaretur in quãtitate in litteris contenta, & bona illa, penes tertios existentia occultarentur cum de iure existente periculo diebus feriatis in honorem Dei possit procedi ad sequestrum, & ad omnia ea quæ tẽpore peritura sunt, iuxta relata per don Ludouicum à Peguera tom. 1. decis. 52. num. 11. confirmans ex l. 1. §. fin. cum l. sequent. ff. de ferijs, in
- 12 casu periculi recedatur à regulis iuris communis, ex l. de pupillo §. si quis riuos ff. de noui operis nuntiatione, & ibi Alexander num. 1. l. diuus ff. de pet. hered. glosa in l. si. verbo fideiussionis C. de ferijs, tradit noster Mieres ad constitutiones Regis Petri tertij in Curia de Monso colla. 6. cap. 9. num. 56. faciunt tradita per Gail. lib. 1. practicar. obseruatio. cap. 53. num. 13. faciunt tradita in additionibus factis ad decis. 215. Guidonis Papæ, aliqua refert Riccius in collectan. decis. 840. par. 4. Assinius in sua praxi §. 31. ampliati. 13. num. 2. dicens, quod vbiicumque est periculum potest
- 13 exequi actus die feriata in honorem Dei. Ex quibus omnibus cū mihi causa commissa fuisset per Magnificos Consules, attento dicto instrumento protesti, & quia de periculo fugæ dictæ navis, & perditionis dicti crediti, ex testibus ministratis constabat de deductis in dicta supplicatione, per me fuit prouisum sequestrum, & quod ad id expedirentur litteræ incontinenti, iuxta stylum Logiæ maris.

De affecuratione vitæ hominum, & mercium.

SVMMARIVM.

Affecuratio vitæ præstantior est affecuratione mercium. num. 1.

Affecuratio mercium frequentior est affecuratione vitæ. num. 2.

Affecuratio mercium ex qua causa fiat.

Naufragium, quid sit. num. 4. & s.

- Casus sinister, vel aduersus, quis dicatur. num. 6.*
Casus fortuitus, quis dicatur. num. 7.
Casus fortuitus, & insolitus an sit idem. num. 8.
Casus fortuitus, quis propriè dicatur. num. 9.
Fortuitus casus dicitur quando prouenit ex mandato Superioris. num. 10.
Fiscus quando potest pretendere bona ex causa naufragij. num. 11.
Fiscus quando habeat ius ad naufragia. num. 12.
Bona naufragata semper remanent dominorum. n. 13. & 15. & 18.
Furtum committit accipiens res naufragatas. num. 14.
Bona naufragata si sint inimicorum, cui pertineant. num. 16.
Pœna quadrupli fuit antiqua. num. 17.
Excommunicati sunt qui capiunt bona naufragata. num. 19.
Naufragij causa qualiter tractanda. num. 20.
Naufragium ubi, & qualiter probandum. num. 21.
Naufragium allegans quando audiendus sit. num. 22.
Tempus probandi naufragium, quanto tempore duret. num. 23.
Testes in causa naufragij probandi, non indigent citatione. num. 24.
Fortuiti casus, qualiter probentur. num. 25.
Testes duo sufficiunt in qualibet probatione. num. 26.
Culpa hominis, an concideretur in casibus fortuitis. num. 27.
Testes ordinariè non recipiuntur coram iudice incompetenti. n. 28.
Testes in casu naufragij ubicumque recipiuntur. num. 29.
Fortuitus casus quot testibus sit probandus. num. 30.
Testis vnicus quando sufficiat. num. 31.
Testes quales admitantur in causa naufragij. num. 32.
Naufragium, & oneratio mercium ubi tractetur. num. 33.
Magister nauis, quis dicatur. num. 34.
Subrogans aliquem in suum locum quando teneatur pro eo. n. 35.
Exereitor quis dicatur. num. 36.
Fructus nauis qui sint. num. 37.
Projicere in mare merces, an liceat magistro nauis, & quãdo. n. 38.
Demercio dolosa semper attenditur. num. 39.
Projiciens merces, an teneatur resarcire damnum. num. 40.
Damnum resultans ex proiectione mercium, an resarciatur, & quomodo. n. 41.
Actio, que datur contra magistrum nauis pro rebus proiectis. num. 42.
Locupletari nemo debet cum iactura aliena. num. 43.
Æstimatio rerum que in nauis reperiuntur naufragio passò, qualiter fienda.
num. 44.

- Magister navis quando teneatur de rebus sibi traditis. num. 45.
Mandatum Superioris, inferior non potest contendere. num. 46.
Fortuitum casum, quis teneatur probare, num. 47.
Magister navis, quid facere teneatur. num. 48.
Prohibita sunt aliqua portari ad inimicos. num. 49.
Portans res prohibitas ad inimicos, qua pœna puniantur. num. 50.
Prohibita res, quando possint deportari, & qualiter. num. 51.
Prohibita res extrahi, qualiter in Cathalonia extrahantur. num. 52.
Magister navis, quando teneatur de mercibus. num. 53.
Assecuratores, quando non teneantur de affecuratione. num. 54.
Extensio de vno casu ad alium, non fit in affecuratione. num. 55.
Assecurationis materia quo ad Logiam vbi tractetur. num. 56.
Assecurationis materia, quo ad ius commune vbi tractetur. num. 57.
Assecuratio, qualiter fit fienda. num. 58.
Assecuratio facta cum instrumento particulari manu scripto nulla est, nec ass-
curatores remanent obligati. num. 59.
Pœna decem librarum imponitur curritori auris qui interuenit in affecura-
tione manu scripta. num. 60. & 63.
Notarius debet esse circumscriptus in conficiendo instrumentum societatis. n. 61.
Pacta societatis debent esse conformia consuetudini. num. 62.
Pacta, que dicantur licita in affecuratione. num. 63.
Pœna apponitur notario, & curritori, si apponant pacta contra societatem.
num. 64.
Assecurationis forma diuersa est inter vassallos Domini Regis, & exteros. n. 65.
Assecuratus, an debeat concurrere in periculo. num. 66.
Consules quid teneantur facere in iudicio affecurationis. n. 67.
Renuntiatio in contractu affecurationis, an locū habeat. n. 68.
Valor mercium, qualiter fienda. num. 69. & 70.
Assecuratores, & asssecurati iurare tenentur, & qualiter. n. 71.
Asssecuratio rerum, qualiter exprimenda, non enim valet generalis asssecuratio.
num. 72.
Asssecuratio, an sit valida facta per non dominum mercium. num. 73.
Asssecuratio, an valeat facta a non domino. num. 74.
Asssecuratus teneatur de culpa præpositi navis. num. 75.
Mutatio itineris in mari eueniat, an asssecuratores remaneant obligati. nu. 76.
Asssecurator, quando teneatur de culpa naufragij euenti culpa magistri navis.
num. 77.
Asssecuratores dicuntur emptores periculi. num. 78.

- Mutatio navis ab ea super qua fait conventum, an sit concideratione. num. 79.
 Asseratores, an teneantur si tempore quo navis fuit asserrata erat deperdi-
 ta. num. 80.
 Asserrationis contractus conditionalis est, & qualiter. num. 81.
 Scientia de navis deperdita, qualiter concideretur. num. 82.
 Scientia navis deperdita, qualiter computeur. num. 83.
 Asserratus dolosè, se asserrans in quam pœnam incidat. num. 84.
 Fortuiti casus probatio ad quem pertineat. num. 85.
 In ignorantia, an presumatur, vel qualiter probeur. num. 86.
 Pretium asserrationis, quando possit peti. num. 87.
 Pretium asserrationis, qua forma petatur. num. 88.
 Asserrationis causa. intra quod tempus sit declaranda. num. 89.
 Exceptiones, an admitti debeant in iudicio asserrationis. num. 90.
 Exceptio, an sit admittenda in casu asserritatis. num. 91.
 Officium iudicis, an censeatur exclusum. num. 92.
 Officium Iudicis implorare potest etiam non habens exceptiones. num. 93.
 Officium Iudicis censeatur imploratum per clausulam omni meliori modo. n. 94.
 Exceptio quando magis profit quam actio. num. 95.
 Exceptio, quæ oritur ex eodem instrumento est privilegiata. num. 96.
 Executio sententia in secunda instantia lata reuocatoria primæ, an impediatur
 propter exceptionem vulnerationis executionis primæ sententia. num. 97.
 Interesse ad quod fuerunt condemnati asserratores, à quo die computeur,
 num. 98.
 Interesse mercantile, à quo die currat. num. 99.
 Mora in Cathalonia, à quo die computeur. num. 100.
 Interesse mercantile, an currat à die extraiudicialis petitionis. nu. 101.
 Casus sinister, quis dicatur. num. 102.
 Casus fortuitus, quis dicatur. num. 103.
 Casus insolitus, quis dicatur. num. 104.
 Casus sinister, an debeat durare ad hoc vt sinister iudicetur. num. 105.
 Navis, quando dicatur passa casum sinistrum. num. 106.
 Asserrationis conditio, quando dicatur adimpleta. num. 107.
 Merces qualiter designari debeant, quando in nauim mituntur. n. 108.
 Marca in bala apposita, an probeur cuius sit. num. 109.
 Asserratio navis, an valeat si tempore asserrationis erat deperdita. nu. 110.
 Asserrans rem quam scit deperditam in dolo est. num. 111.
 Scientia rei deperdita, qualiter iudicetur. num. 112.
 Presumptio scientia rei deperdita, an sufficiat. num. 113.

Dolus, quando probetur. num. 114.

Dolus, an presumatur. num. 115.

Navi capta ab hostibus, & postea liberata, an teneatur tanquam deperdita. num. 116.

Navi capta ab hostibus, si ab alijs calificatur eorum. num. 117.

Conditio affecurationis, an sufficiat, quod semel extiterit. num. 118.

Affecutores, an teneantur de deterioratione, aut de valore totius rei. n. 119.

Dammum, quando dicatur euenisse. num. 120.

Dammum magnum mutat speciem rei. num. 121.

Reddita res non censetur si deteriorata redditur. num. 122.

Res deteriorata soluto pretio affecurationis, an remaneant affecutorum. num. 123.

Verba affecurationis sunt maximè attendenda. num. 124.

Affecurationis contractus est stricti iuris. num. 125.

Affecuratio facta alicui, an censetur facta in fauorem heredum. num. 126.

Actiones actiue, & passiuæ transeunt ad heredem. num. 127.

Affecuratio fit de hominum vita. num. 128.

Affecuratio vite, qualiter fiat. num. 129.

Interesse in affecuratione vite, an debeat, & quale. num. 130.

Qualitates salutis in affecuratione vite debent exprimi. num. 131.

Qualitates, quæ sint exprimenda in affecuratione vite. num. 132.

Affecuratio semper presumitur facta de homine sano. num. 133.

Affecuratio vite, qualiter fienda. num. 134.

Causa securitatis vite, & mercium, an euocentur ad R. Aud. nu. 135.

Regalia semper censentur excepta. num. 136.

Securitatis in quibus affecuratus non subinit tertiam, vel septimam partem periculi, contra dispositiones capitulorum Consularum, an valida sint si affecutores illis renuntiauerint, late discutitur à num. 137. usque ad 145. ubi aliqua contraria dissoluantur.

Valor rerum deperditarum, qualiter recuperetur ab affecutoribus. num. 140. & 145.

Æstimatio rerum deperditarum, quo ad solutionem qualiter fiat. num. 147.

Æstimatio rerum deperditarum per quos fiat. num. 148.

Pœnas, seu multas possunt apponere Consules pro executione mandatorum per ipsos factorum. num. 150.

Mora purgatio quando admititur in executione pœnarum. num. 151.

C A P. XXI.

1 **T**Ractaturus de affecurationibus vitæ hominum, & mercium,
 licet præstantior sit affecuratio vitæ, quia tamen frequentior
 2 est affecuratio mercium, quam vitæ hominum sequendo disposi-
 tionem legis nam ad ea, *ff. de regul. iur.* prius de affecuratione mer-
 cium decreui agere, & huic capiti finem imponere cum affecura-
 tione vitæ.

3 Affecuratio mercium cum fiat de rebus, quæ per mare ducun-
 tur nauigando earumque perditio frequentius accidat ex in for-
 tunijs maris, vel fluminum, & ex naufragijs, ideo necessario duxi
 aliqua breuiter de naufragio referre.

4 Naufragium, iuxta dispositionem *glos. 1. tit. de naufragijs lib. 10.*
 Codicis propriè dicitur à fractura ipsius nauigij quasi compositū
 5 nomen sit à nomine *navis*, & à verbo *frango*, quia plerumque quā-
 do nauis perijt ex fractura ipsius nauigij prouenit.

6 Est autem casus sinister, qui alio nomine dicitur casus aduer-
 sus, & obnoxius, iuxta tradita per Stracha in *tractatu de affecuratio-
 ne glos. 24. nu. 1. tom. 6. par. 1. fol. 376.* qui etiam solet appellari casus for-
 7 tuitus cum nullus hominum, nec eorum consiliū præuidere po-
 test, *l. 5. §. si eo tempore ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinen-
 tium*, Stracha de affecuratione *par. 3. nu. 65 fol. 352.* & *Latus glo. 22. fol. 376.*
 Sebastianus Medicis in *tractatu de casibus fortuitis, quest. 12. nu. 1.* & *se-
 quent. tom. 2. fol. 208.* Mantica de *coniecturis vlt. volunt. lib. 2. tit. 17. num. 3.*

8 qui casus fortuitus dicitur insolitus ideoque suscipiens in se casū
 fortuitum, tenetur etiam de casu insolito, Scaccia de *commer. quest.
 1. num. 134.* Hij enim casus, qui solent euenire ex violentia vento-
 9 rum, vndarum maris, vel fluminum, tempestatis, ruinæ, aut in-
 cendij, aut terremotus solum Deum omnipotentem habent pro-
 uisorem; nullus enim hominum est qui eos possit impedire, *l. flu-
 10 minum §. vitium, versic. seruius quoque ff. de damno infecto*, pluribus alijs
 iuribus confirmat Scaccia *d. quest. 1.* Fortuitus etiam casus habe-
 tur respectu nauis si iussu Principis euenierit, seu Iudicis, vel alte-
 rius Superioris si ex iussu prædicto detectio euenierit, vel aliud im-
 pedimentum, ex quo naufragiū passus esset; vt ipse Scaccia pro-
 bat *num. 35. cum sequentib.* referens idem Scaccia *ibidem n. 139.* dicens,
 fortuitum casum esse ex Iudicis præcepto si ipse mandauerit ma-

giſtro nauis facere aliud viagium, vel merces aſſecuratas exonerare quæ ex arbitrio Iudicis valde dependunt, dicto *ſ. i. num. 139.* allegans *Surdum deciſ. vlt. num. 53.*

11 Prima igitur difficultas, quæ ſe offert eſt; an quando nauis deperdita eſt, videlicet quando ad litus maris raptâ vi tempeſtatû Fisci Procurator poſſit prætere mere ad ſe pertinere, cû videatur naufragium nauem paſſam fuiſſe, huic dubio iam eſt ſatisfactum per Imperatorem Conſtantinum in *l. i. c. de naufrag.* diſponens ipſe Imperator, quod Ficus nō ſe interponat, ſed potius merces remaneant illis qui earum domini ſunt, licet enim Ficus habeat ius ad naufragia; non tamen ad res alienas naufragiû paſſas ipſis rebus exiſtentibus ſaluis, & non peremptis, & adeo verû eſt prædictas res remanere ſuorum dominorum, quod ſi aliquis ex illis aliqua ſubſtraxerit actio furti contra ipſum rapientem dictis dominis competit, ex *l. in eum, & nec quid 7. ff. de incendio ruina, & naufragio;* antiquitus enim intra annum ad quadruplum poterant domini mercium agere, *l. in eum Cod. de furt. l. i. ff. de incendio ruina, & naufragio.* quæ pena ex nouiori iure Codicis nempe ex authentica nauigij *C. de furt. & ſeruo corrupto,* vbi diſponitur, quod nauigia corrupta ſi peruenerint rupta ad terram tam ipſa nauigia quam bona nauigantium intègra remaneant dominis earum ad quos ſpectabant antequam nauis periculû incurriſſet ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, niſi eſſent tales merces inimicorum fidei, & piratarum; tranſgreſſores autem diſpoſitionis dictæ authenticæ publicatione mulctari bonorum, & ſi res exeget ad eorum audacia alijs pænis conpeſcantur, quæ pæna iuxta prædicta furti intelligitur de quibus pænis cum Magnifici Conſules non habeant iuriſdictionem ad cognoſcendum de cauſis criminalibus.

17 Obiter tamen aduertat, quod pæna illa antiqua quadrupli iâ à multo tempore ab uſu reſeſſerat, iuxta tradita per Cepolam in authentica, ſed nouo iure *nu. 6. Cod. de ſeruis fugitiuis,* dictum Cepola ſequitur Iulius Clarus in *praxi criminali ſ. furtum verſic.* pæna autem quadrupli.

18 Quod autem dictum eſt, bona nauigantium reperta in nauibus quæ paſſa ſunt naufragium, eſſe propria dominorum, qui eas in nauem immiſſerunt adeo verum eſt, quod ſi quis eas ſubſtraxerit in pænam excommunicationis, iuxta bullam in cena Domini in-

cidit, vt tradit Gail. *lib. 1. practicar. obseruat. cap. 18. num. 3.* & ex iure communi, latè hanc materiam tractat, & resoluit Bonacina in suo *tractatu operum moralium tom. 2. tit. de censuris in bulla cena contentis d. quaestione 5. cum sequentibus*, ad quem recurrere poterit qui hanc materiam longè inuestigare velit.

- 20 Quo verò attinet ad nostrum Magistratum Logiæ dico, quod prius debet constare naufragium euenisse, & tale factum testibus
- 21 debet probari in loco viciniore vbi naufragium euenit ad quam probationem fiendam præfigitur tempus vnius anni, *iuxta legem 2. C. de naufragijs lib. 10.* quo tempore elapso non est audiendus qui
- 22 naufragium probare velit, iuxta dictam legem in illis verbis, ibi: *quod si per negligentiam præfinitum anni spatium fortasse claudatur super vacuas cessasque interpellationes emenso anno placuit non admitti.* Quæ verba videntur contrariari, *l. de submercis eodem titulo*, vbi biennium causæ hæ de naufragijs videntur habere, sed Bartolus sic intelligendū
- 23 esse, *textum in d. l. de submercis*, vt tempus biennij præfixum sit ad totaliter per Iudicem declarandum tempus verò vnius anni in dicta *l. 2.* esse ad instruendum processum, itaut si nauicularius velit probare naufragium ad sui defensionem, & exonerationem intra annum teneatur de suis bonis reficere damnum mercium dominis earum.
- 24 Est autem certum, quod licet statutū sit, quod in aliqua causa non possint recipi testes sine partis citatione, *ex l. si quando 15. & ibi glosa verbo, noluerit, in authen. sequenti Cod. de testibus l. iudices 17. innotata glo. verbo, depositiones Cod. de fide instrum. cap. 2. de testib.* tamen ad probandum dictum casum fortuitum possunt recipi testes ad illum sine partis citatione, *ex l. 2. & ibi Bart. num. 4. & ibi communiter scribentes*, sequitur Hipolit. *sing. 24. facit tex. in l. scire oportet 15. §. consequens vers. si enim quis propter egritudinem ff. de excusa. tutorum*, vbi dicitur, quod in casibus fortuitis sufficit probare casū ex naturali iustitia; hoc est secundum ius ordinarium, & naturale cum in ore
- 26 duorum, vel trium stet omne verbum, *cap. cum esses 10. cap. relictum 11. de testa.* Casus enim fortuiti quales sunt tempestas maris, & terræ, impetus aquarum, grando, fulgur, & similia sufficit probare
- 37 euenisse, quia in his non consideratur, nec considerari potest culpa hominis, iuxta Barto. *in l. si quis ex argentarijs §. an heredi in fine ff. de edendo*; & ibi Fulgosius *§. prator ait num. 6. circa finem.* Panormitanus in *cap. 2. num. 9. de depof. quod probant ex l. cum duobus 12. §. damna ff. pro socio.*

28 Similiter licet de iure testes recipi non possint coram Iudice incompetenti, nec recepti fidem faciant, *ex l. 3. §. idem diuus iuncta glo. verbo non testimonijs ff. de testibus l. si. & ibi Bald. & Doctores Cod. de*
 29 *testib. in causa tamen naufragij, seu necessitatis; vt quia testes sūt de recessu, vel quia timetur de eorum morte, vel quia sunt domicialiati in loco valdè remoto, quorum testium accessus ad locum vbi recipiendi sunt nō speratur, depromptu tales testes possunt recipi coram Iudice incompetenti, & de eis haberi ratio, d. l. 2. Cod. de naufrag. lib. 10. tenet inter alios Romanus in l. si verò §. breui loca fallen. 54. ff. soluto matrim. quem ad alios refert, & sequitur Hipolitus singulari 211. prædicti autem testes quo ad ciuilitatem locum habebunt, secus verò quando respicit criminale iudicium; vt*

30 aduertit *glo. iud. l. 2. verbo, anni, ibi: in ciuili actiōe.* Prædictus autem casus fortuitus naufragij saltem erat probandus per duos testes, quia nō est casus qui soleat euenire in absconditis, veluti in custodia vinearum, qui custos solus est sufficiens testis ad probandū

31 furtum huiusmodi dummodo iuret expresse de illo furto particulari, non enim sufficit iurasse à principio se benè, & fideliter se gesturum, iuxta Cassaneum *in consuetudinibus Burgundie §. 6. verbo per le vrs cermens num. 4. vers. sed redeundo.* & Felinus *in cap. præposuisti nu. 9. vers. fallit §. de proba.*

32 Ex prædictis pro nostro Consulatu conclusio est, quod Magnifici Consules debent habere rationem in causis naufragiorum de testibus super naufragio deponentibus etiam coram iudice incompetenti dummodo sint legitimè recepti videlicet, quod sint citati, & præstiterint iuramentum in posse ordinarij de veritate dicenda, de quibus fidem facit scriba, seu notarius in principio depositionis dum scribit N. testis citatus, & iuratus, &c.

33 De nauibus, & oneratione mercium, & de alijs circumstantijs ad ea plura referuntur in reportorio libri Consulatus sub verbo NAV, quæ cum verbis Catalanis narrentur hic non referam, cum solum intendam decisiones referre, quæ circa dubia occurrentia in puncto iuris decidenda veniant.

34 Primò, quæritur quis dicatur propriè magister nauis. Huic dubio satisfacit Antonius Oliba *tom. 1. de actio. lib. 2. §. actiones, & in quod cum eo, num. 6.* dicens, Magistrum nauis appellari eum cui cura totius nauis demandata est, *l. 1. §. magistrum ff. de exercitoria actiōe;* vndè licet ipse alium nauis magistrum fecerit, & cum magistro

- 35 contractum sit semper censetur cum principali actū, semper enim
tenetur is qui alium subrogat de gestis per subrogatum, quia
- 36 ille qui proponit exercitor dicitur, & contra eum exercitoria ac-
tione proceditur, *ex d. l. 1. §. est autem, & §. hac actio ff. de exercitoria*
- 37 *libet §. etsi cum exercitore ff. naute caup stabu.* fructus verò navis sunt
prætia quæ Magistro soluuntur pro delatione mercium, *ex l. item*
§. fundi §. aucupationum ff. de usufruc. l. cum in plures in princ ff. loca. refert
Surdus decis. 270. num. 5.
- 38 Quæri etiã ulterius potest, an sit licitū præposito navis eueniē-
te tempestate projicere merces in mare pro seruâdo nauigio. Cui
dubio responderetur? quod licitum est suarum causâ seruandarum,
mercium alienas in mare projicere, nisi dolo id fecerit, *ex l. qui ser-*
uandarum ff. de præscriptis verbis, quod sequitur Paulus de Castro *in*
- 39 *d. l. constituens differentiam,* an sit demersio facta dolo, vel sine eo; vt
si cum dolo facta fuerit demersio detur actio contra magistrum
de dolo, si verò sine dolo, detur actio in factum, sed ego non ab-
solutè credo esse obseruandum, sed cum distinctione, *nam in l.*
- 40 *2 ff. ad legem rodiam de iactu,* qui projicit merces in mare tenetur re-
sarcire damnum illis quorū merces sunt, & hoc casu domini mer-
cium actionem habeant contra magistrum navis ad resarsionem
- 41 damni, ipse verò navis magister potest alienas merces retinere, vt
detrimentum rerum deperditarum communicetur cum alijs, *ex l.*
2 ff. ad legem rodiam de iactu, quia vt Iurecōsultus Seruius ait, æqui-
ssimum est commune detrimentum fieri eorū qui propter emis-
- 42 sas res aliorum consecuti sunt, vt merces suas saluas haberēt, quo
casu actione ex conducto ager ex verbis dictæ legis *2. & in §. cum*
in eadem navi vers. ex conducto. d. l. hoc enim quod possit magister
navis retinere res alienas saluas pro deperditis, hoc ex æquitate
- 43 procedi, non enim expedit, quod quis cum iactura alterius locu-
pletetur, *l. nam hoc natura ff. de condic. indebiti;* ex quo fit, quod æsti-
matio rerum deperditarum debet fieri cum æstimatione rerum,
quæ saluæ factæ sunt, iuxta verba dicti *§. cum in eadem versicul. pro-*
portionem.
- 44 In æstimatione verò fienda de rebus deperditis non compre-
henduntur cibaria immissa in nauim pro nauigatione, quia hæc
nō comprehenduntur; nam si quando defecerint cibaria immis-
sa per magistrum navis, & remanerent alia nauigantium illa com-
munia essent, *ex d. §. cum in eadem navi in fi. d. l. 2.*

- 45 Quæritur ulterius, an si merces fuerint traditæ magistro nauis, & illæ fuerint acceptæ à Iudice, seu alio Superiori, quolibet velato colore qualiter procedatur. Respondetur, quod si merces existant in nauigio in eodem portu vbi caricatæ fuerunt, vel in alio loco in viatico, tunc non tenetur Magister nauis, quia non
- 46 poterat magister nauis impedire factum Superioris, iuxta relata *decis. 56. Rota Genuæ in prim.* secus verò esset, si magister nauis esset in culpa, veluti quod viaticum mutasset, & alibi peruenisset, debet enim magister nauis, vt condemnetur esse in sua culpa, quælibet enim causa etiam bestialis excusat à dolo, *ligitur ff. de liberali causa d. decis. Genuæ num. 6.*
- 47 Quis autem casum fortuitum teneatur probare. Hanc quæstionem tractat Riccius *in collectaneis 2124.* constituens differentiam inter affecuratorem, & affecuratum agendo in iudicio, quia si affecuratores velint recuperare valorem mercium deperditarum à magistro nauis, vel ab affecurato, tunc iste qui excipit ex naufragio tenetur illud probare tanquam fundamentum suæ intentionis.
- 48 Debent autem magistri nauium ad eorum tuitionem, & securitatem ante exitum portus manifestare nauclerij locum ad quē ituri sunt; vt hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio, seu concussio quoque modo procedat, *ex l. vnica Cod. de littorum, & itinerum custodia lib. 12.* qua etiam lege prohibentur victualia, & arma, & aliæ res prohibitæ ad barbaras nationes, seu extranea Regna deferantur, quod etiam statutum est *in l. 1. & in l. 2. Cod. qua res exportari non debeant* cum commercia totaliter sint prohibita, quod
- 49 si nauta id fecerit vniuersa eius bona Fisco addicuntur ipsaq; capitali pæna plectitur, *ex d. l. 2. Stracha de mercatura tit. de nauibus num. 33. fol. 461.* dicens, quod ad maiorem securitatem dictæ nauis tenetur deferre polissam vulgo dictam *de carregament.*
- 50
- 51 Notandum est, quod licet dictum sit non licere nautis incaricare absolutè merces prohibitas intelligendum est, si res deferantur ad personas infideles, si verò res prohibitæ veluti ligna carbones, & alia similia ad Regnum extraneum licet subiectū Domino nostro Regi, veluti ad Regnum Valentis, Maioricarum, & alia similia Regna, tunc poterunt nauis onerare, seu incaricare res prohibitas obtenta tamen licentia ab admodum Illustri Baiulo Generali pro vt memini de iurisdictione omnium iudi. *cap.*
- 52

- 53 *1. num. 554.* debet autem magister navis merces imponere in nauis
super qua conuentio facta est, nam alias si merces in aliam nauem
immitterit, & ipsa nauis demersa fuerit, vel res depredata, ipse na-
uis magister tenebitur de damno dominis mercium, & assecura-
54 tores non tenebuntur ad solutionem assecurationis, quia in asse-
curatione inspicitur quid conuentum sit inter contrahentes, & in
55 assecuratione non fit extensio de vno casu ad alium, *ex tex. in l. si
vnus §. ante omnia ff. de pactis.* Rota Genuæ *decis. 25. per tot.* Don Frá-
ciscus del Castillo *decis. Sicilia 2.* Riccius *collecta. 838. in princip. & col-
lectanea 2124. vers. attamen assecuratores.*
- 56 Deueniendo igitur ad materiam assecurationis mercium, tam
de iure communi, quam ex ordinationibus Consulatus permissa
est, & de ipsa latè tractatur in ordinationibus, quæ leguntur in di-
cto libro Consulatus à folio 112. ad 118. vbi per viginti quinque
capitula tota hæc materia explicatur, & licitum esse, docet Berart.
57 *de visit. cap. 23. num. 75.* & de iure communi tractant Doctores in *l. pe-
riculi pretium, ff. de nautico fanore,* & latè de materia Velasco *consult.
64.* Thesaur. *lib. 4. quest. forens. 27.* Gratian. *discept. 589.* Fontanel. *decis.
243. & 593.* Anton. Gamma *decis. 181.* & particularem edidit tracta-
tum Petrus Santerna Lusitanus qui est in libro Heringij *de fideius.
in fin. pag. mihi 449.* & Bonaventura Stracha alium quoque tracta-
tum fecit, inde in re tam ampla, & diffusa solum ea quæ frequen-
tiora sunt adtingam.
- 58 Sciendum in primis est assecurationes instrumento publico pe-
nes notarios aliquos Barcinone faciendas esse, & non albaranis,
vel scripturis priuatis, pro vt disponitur cap. 7. dictarum ordina-
tionum in libro Consulatus vbi exprimitur, quod si forsan factæ
erunt albaranis apodiccij, aut priuatis scripturis directè, vel in-
directè, quod tales securitates ipso facto sint nullæ, nec assecura-
59 tores possint compelli ad earum solutionem, nec iudicium valeat
subiri, imò toties quoties ita factæ fuerint assecuratus incidet in
bannum ipso facto quantitatis assecurandæ, & assecurator incidet
in bannum quantitatis assecuratæ, & curritor, vel tertius incidet
60 in bannum decem librarum, & ex dictis bannis ita fit diuisio, vt
tertia pars Officiali exequenti, alia tertia acusatori, & alia tertia
operi Logiæ applicetur.
- 61 Circumspectus tamen ire debet notarius publicus in pactis po-
nendis in assecuratione ipsa, quia in hac assecurationum materia,
maximè

maximè, atq; in alijs pacta inter contrahentes inita obſeruanda ſunt Meſtrillo *decif. 197. num. 2. decif. Genuæ. 102. num. 13. & decif. 25. num. 1. & decif. 55. num. 10.* cum alijs per Fontanel. *diēt. decif. 243. num. 11.* que
 62 pacta curare debet, vt ſint conſuetudini conformia, tùm quia in materia affecurationis, maximè eſt ſeruanda conſuetudo, vt latè tradit Scaccia *de commer. pag. mibi. 755. nu. 1. & pag. 766. nu. 10.* Rota Ge-
 63 nuæ *decif. 39. num. 8.* Fontanel. *decif. 244. num. 19.* tùm quia non omnia pacta ſont licita, ſed ea tantum quæ conſuetudinibus Conſulatus approbantur adeo vt cap. 8. imponatur pœna curritori, aliud faciēti, & cap. 11. expreſſè ordinetur, quod prædictæ ordinationes, & conſuetudines in pactum deducantur, quod pariter inſungitur
 64 notario cap. 14. ſub pœna, quod teneatur ad intereſſe, quod paſſi eſſent affecurator, & affecuratus ob non factam ſecuritatē, iuxta dictas ordinationes, & in cap. 13. ſtatuitur, vt non valeant in pactum deduci, verba quæ aliquo modo derogationem, vel renunciationem dictarum ordinationum poſſint importare cū clauſula decreti nullitatis ex quo vtilitatem publicam concernant.

95 Ordinaria forma affecurationis eſt; vt conſideretur differentia inter affecurationem, quæ faciunt vaſſalli Domini Regis, & alienigenæ; vt iſti teneantur ſubire periculum quartæ partis, vaſſalli verò Domini Regis teneantur ſubire periculum octauæ partis, *iuxta caput. primum, ſextum, & 13. dictarum ordinationum,* vndè pactum appoſitū in forma qua hodie fiunt ſecuritates ſcilicèt, quod
 66 affecuratus non currat quartum, nec octauum illicitum, & reprobatum eſſe cenſeo, quia contra formam dictorum capitulorum, nec renunciatio illis facta aliquid prodeſt, *cum iuxta caput. vltimum dictarum ordinationum,* Conſulatus in materia ſecuritatis non poſſit
 67 fieri iudicium affecurationis, quin prius præcedat iuramentum; quod non adeſt pactū contra ordinationes Conſulatus, & ſi adeſt nulla poteſt haberi ratio, quod ſtatutum prohibicium operatur; vt nulla ratione illi valeat renunciari; vt pluribus notatis refert
 68 Ioannes Gutierrez *ad l. nemo poteſt ff. de leg. 1.* quæ computatio octauæ partis non fieri debet prout de iure communi, *ſed iuxta cap. 97. libri Conſulatus;* vt ſcilicèt nauigatione vltra dimidiam itinēris facta inſpiciatur valor mercium reſpectu loci quo ducuntur, nauigatione verò vltra dimidiam non facta, inſpiciatur valor reſpectu loci vndè exportantur merces; vt benè *ex dict. cap. 97.* notauit Fontanel. *decif. 244. num. 18.* vbi refert cum hoc capitulo, & intelligen-

- tia illius conquieuisse animos votantiū in illa molestissima causa Iacobi Falguera, & eius asscuratorū. Hæc tamen differentia habetur, quod prædicta procedunt in asscurationibus nauium quæ extra Regnum ad Ciuitatē Barcinone, illa verò quæ hinc ad alias mundi partes proficiscuntur ita asscurantur; vt æstimatio mercium fiat per Consules cum Concilio proborum hominum designando res per nomina expensas, & valorem; vt inde fiat computum octauæ partis, vel quartæ cuius periculum currere debet asscuratus, *iuxta cap. 1. & 9. libri dicti Consulatus.*
- 70
- 71 Insuper cap. 9. & 10. dictarum ordinationū statutum est; vt ante omnia asscurantes, & asscurati debeant iurare, quod asscuratio est vera, & non ficta, nec facta per fraudem, aut dolū, & quod
- 72 res sunt propriæ asscurantis partitium, & interesse habentium, & quod ponantur, & designentur specificè res asscuratæ per nomina, & valorem; quia si nullæ merces fuerint impositæ in naui, & aliquis asscurat periculum positarum in naui non valet asscuratio; vt benè probat Petrus Santerna 3. par. de asscurationibus numer.
- 73 15. & 17. Anronius Gamma *decis. 181. num. 2.* idemque est si merces non fuerint asscurantis, vt expressè dicto cap. 9. disponitur, quod licet dubium reddit dictus Santerna par. 5. num. 20. non est tamen eius doctrina amplectenda, attento dicto cap. 9. Consulatus, quod & etiam probauit Rota Lusitana p̄nes dictum Gamma dicta de-
- 74 cis. 181. num. 3. vbi affirmat conclusionem dicti Santerna non procedere quando constaret merces asscuratas aliorum mercatorum esse inferens inde quod si merces fuerint asscuratæ tanquā propriæ, & fuerint communes pro parte tantum propria asscuratur.
- 75 Dubium tamen maximum est, an asscuratus teneatur de culpa præpositi supra carrici, & nautæ sic; vt si culpa eorum aliquid factum fuerit lucrentur asscuratores interesse absque eo, quod valeat considerari casum sinistrū euenisse; cui dubio respondeo? certissimum est teneri asscuratum nō minus ex sui culpa, quam nautarum, & marineorum, vel patroni nauis; quia tenetur asscuratus sibi imputare, quod tales præpositos elegerit, & ita tenet Rota Genuæ *decis. 166. num. 4.* Riccio *colleçtanea 2124. Odd. conf. 31.*
- 76 *num. 20.* Mestrillo *decis. 124. num. 59. lib. 3.* Fontanel. *decis. 224. nu. 20.* Vnde si per patronum nauis via navigationis aliter quam conuentum esset mutata extiterit, & naufragium, vel piratarum in cursu secuta fuerit, aut aliter asscurati culpa casus sinister euenierit

- 77 euenerit non tenentur affecuratores, vt benè prosequitur *Surdus conf. 12. à num. 22. Meistrillo decis. 197. num. 11. Mario Muta decis. 3. num. 9.* plures refert *Fontanel. dicta decis. 243. num. 24. Fontanel. decis. 134. num. 4.* & pulchrum casum decissum refert *Ramon conf. 39. per tot.*
- 78 quia affecuratores dicuntur emptores periculi, & oneris aduersi, non autem culpæ commissæ per affecuratum, aut patronum; vt prosequitur idem *Mario Muta dicta decis. 3. num. 10.* Vnde idem sentio dicendum si super naui diuersa quam illa super qua fuit facta affecuratio merces fuerint onerate, de qua re est *decis. 338. par. 4. in collectaneis Ricci, & collectanea 2124.*
- 80 An autem affecuratores teneantur soluere securitatem si tempore quo facta fuit affecuratio naui naufragium passa fuerit, & deperdita res affecurata, dubia est quæstio, in qua dicendum videbatur affecurationem non tenere, & sic indistinctè affecuratores liberari, quia tempore affecurationis non aderat subiectum super quo affecuratio fieri possit ad quid enim esset affecurare, quod iam amissum est? maximsè cum contractus affecurationis conditionalis sit cuius natura expostulat, vt cum iam casus euenerit nõ possit verificari conditio. Hoc tamen non obstante cum distinctione dubium hoc resoluendũ est; vt scilicet si affecuratus ignorabat merces iam deperditas esse valeat affecuratio, si verò tempore præstitæ affecurationis, scientiam habere potuerit de casu sinistro subsequuto affecuratio non teneat, *Gamma decis. 181. num. 1. Rota Genue decis. 102. num. 4. Ludouisio decis. 126. Riccio collectanea 838. par. 4. Scaccia de commer. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampliat. 10. num. 19. quod supponitur in cap. 17. ordinationum Consularis, vbi traditur regula quomodo scientia verosimilis casus sinistri subsequuti debeat colligi, in quo ad remouenda dubia ita declaratur, quod si naui pereat in parte in qua notitia possit haberi per terram absque eo, quod debeat nauigari per mare computetur leuca pro hora à loco vbi perdita fuit ad Ciuitatem vbi facta fuit affecuratio, si verò notitia tantũ possit haberi per mare, aut pelagus debeat transmarari cõputetur*
- 83 *tempus ab hora ex qua transmare fuerit peruenta notitia indeq; computetur leuca pro hora, si verò notitia directo peruenerit ad Ciuitatem anteaquam firmata fuerit affecuratio sine nulla, nec firmari valeat, & si habita notitia facta fuerit affecuratio ob dolum illius qui perit affecuratione inciditur in bannum centum librarum, quod æque diuiditur inter affecuratorem Officialẽ exequentem*
- 84

- tem, & opera Logiæ maris, cui autem incumbat probare ignorantiam casus sinistri ad validitatem assecurationis, an assecurato
- 85 agenti ad exigendum pretium assecurationis, an verò incumbat assecratori onus probandi notitiam ad eam infringendâ, expli-
- 86 cat Scaccia *d. f. 1. q. 1.* dicēs, quod incūbit assecratori probare notitiã, quia ignorãtia, vel probatur per assecurationē assecrati, vel aliter habet naturam negatiuã, quæ est improbabilis, quod probat *n. 157.* rationibus, & maximè ex Stracha *glos. 27. sub n. 5. vers. 3. facti.*
- 87 Interesse securitatis non potest ab assecratoribus peti, nisi assecratiõ fuerit subsecuta, & reuera soluta, pro vt disponitur *in cap. 15. d. Etarum consuetudinum Consularis* Forma autem soluendi securitates præscribitur *in cap. 19.* cum quatuor sequentibus, & est, quod subsecuta notitia casus sinistri, & assecrati intimatur de-
- 88 perditio, vel casus subsecutus illis qui assecrarunt; vt possit fieri prompta executio, hac distinctione habita, quod si assecratores habeant aliquam iustam exceptionem, quam proponant coram Consulibus detur illis terminus ad probandum iuxta loci distantiam duorum, trium, aut sex mensium intraquæ tempora teneã-
- 89 tur illas declarari, aliàs termino præfixo elapso proceditur ad executionem contra assecratores omni appellatione, & exceptione postposita, & repulsa, cuius capituli dispositio valde controuersa fuit in illa causa quam supra memini Iacobi Falguera, & eius assecratorum. De qua Fontanel. *decis. 244.* in qua variæ fuerunt
- 90 sententiæ, & principaliter disputatum, an dicta capitula Consularis, quæ excludunt omnes exceptiones, vt impediatur executio censeatur rejicere exceptiones per quas denegatur actionem agēti competere cum istæ semper sint exceptæ, tūm ex quo actioni infunt, tūm quia dum actor pro executione obtinenda conditionem euenisse probare tenetur, licet reo saltem per Iudicis officiū de defectu conditionis, & illius non existentia opponere, in qua difficultate ex mente decissionum in dicta causa factarum, respō-
- 91 deo, quod *quando ex facie instrumenti apparet de exceptione*, tunc non obstante statuto eas repellente admitti debeat, nam statutum excludens exceptiones, nō censetur excludere eas quæ ex facie instrumenti veniunt, quæ ab illo vires sumunt, nec separari, aut sindi possunt, quia exceptio tunc inest ipsi actioni, & in propositione illius æque est privilegiata hæc actio, Seraphin. *de privilegio iuramenti 77. num. 21.* Marius Giurba *decis. 55. num. 22.* Fontanel. *decis. 244.*

92 *num. 9.* maximè, quia hoc casu Iudex ex officio tam implorante parte, quam ea non petente non censetur exclusus per statutum repellens exceptiones; ut eas animaduertat, & supleat Romanus. *cõf. 325. num. 14.* Valenzuela Velasq. *conf. 88. num. 56.* & alij per Fontanel. vbi supra *decif. 244. num. 3.* Parisio *conf. 107. num. 118.* cum aliud sit officium Iudicis, aliud exceptio, & qui non potest excipere, potest implorare officium Iudicis, Mascard. *de probat. conclus. 1236. num. 9. & 11.* quod officium per clausulam omni meliori modo censetur imploratum, Paris. *dicto conf. 117. num. 118.* Tobias Nonius *conf. 87. num. 5.* ad medium.

95 Si verò exceptiones, quæ lapsò tempore præfixo per capitula Consalatus ad impediendam executionem opponuntur non sint contractui affecurationis, nec casus sinister in instrumèto securitatis videatur exceptuatus, sed extrinsec^o probatio venire debeat, & non appareat in facie instrumenti, tunc actio, est magis 96 privilegiata, quam exceptio, quæ non ex ventre instrumenti venit iustificanda, commodam quæ patiuntur diuisionem, & idè non impedit executionem, quod explicauit rectè Senatus coram egregio Senatore Hieronymo Astor 7. Iulij 1631. in causa dicti Falguera, quæ est tota decisio 244. ad quem te remitto.

97 Scire tamen oportet, quod si oppositis exceptionibus per affecuratos declaratur absoluendos esse à petitis per affecuratum, & postea cum ab eo supplicatur, vel appellatur contra affecuratos declaratur, tunc ad executionem procedi potest absque eo, quod sit alicuius momenti prætensa allegatio vulnerationis executionis per primam sententiam, pro vt disputauit latè Fontanel. *decif. 428. vbi num. 25.* refert Senatus decisionem in causa dicti Falguera factam.

98 Dubitari tamen potest, an si fuerint affecuratos condemnati, quia casus affecurationis euenisset vna cum interesse mercantili à quo tempore illud sit computandum, an à die intimæ, & requisitionis factæ affecuratoribus; vt soluerent in forma *capitis 19. ordinationum dicti Consalatus*, an verò à die petitionis iudicialis postea facta per affecuratum de quantitibus prædictis: cui difficultati quam Fontanella ponderat *decif. 593.* verius semper credidi 99 respondendum esse à die requisitionis, & extraiudicialis interpellationis interesse mercantile deberi licet enim in Cathalonia de- 100 bitor nõ sit in mora, nisi à die iudicialis interpellationis ad effectum,

tum, vt soluatur interesse, vt ex pluribus refert Fontanel. *decif. 91. § 593. num. 3.* tamen in causis mercantilibus contrarium seruandum censeo, nec regulari debent; vt alia, & ideo Senatus sapissime
 101 declarauit in fauorem mercatorum adiudicando eis interesse à die extraiudicialis interpellationis pro vt plures decisiones refert Fontanella *decif. 91. num. 13. quod à num. 3. benè probauit*, & nescio quomodo possit constitui differentia in casu affecurationis, ac in alijs negocijs mercantilibus vnde non minus in hoc, ac in alijs à die extraiudicialis interpellationis mercantile interesse deberi censeo.

102 Quia in Superioribus diximus affecuratores assumere in se periculum casus sinistri, & illo subsecuto ad interesse securitatis teneri, videndum est quis dicatur casus sinister, & quando dicatur contigisse. Cui difficultati respondeo, casum sinistrum dici casum aduersum, & obnoxium, vel inopinatus rei euentus, cui prouidentia humana prouideri non potuit, vt pote violentia ventorum, vis fluminis, aut maris, aut tempestatis, aut ruinae, aut incendij, aut terremotus, aut naufragium, aut incurfus piratarum, latronum, horum enim omnium vim nemo sustinere potest, *l. fluminum 24. §. vitium, ff. de damno infecto, l. 3. versi. Inde labeo, ff. de nauis caupon. l. in rebus 18. ff. commodati, latè Stracha de affecurationibus glo. 24. num. 1. part. 1. Sebastianus Medicis de casibus fortuitis, quest. 12. num. 1. latè Scaccia de*
 104 *commer. §. 1. quest. 1. à num. 134.* licet in dubio relinquatur arbitrio Iudicis; vt de casu insolito dicit Surdus *decif. vlt. num. 53.* inter quos casus sinistros etiam numeratur ille quando nauigio iussu Superioris intercepto aut saxito, vel vt dicitur de eo factum in barco vulgo dicto *embargament*, ita quod si coactum capere aliud viagium, & merces affecuratas exonerare, pro vt dicit Scaccia dicto *§. 1. quest. 1. num. 139.* & merito quia factum Principis inter casus fortuitos numeratur, *l. Lucius, ff. de euietio. Alexander. conf. 57. num. 3. lib. 1. Afflictis decif. 54. num. 2. Surdo decif. vlt. num. 15.* & plures refert don Ioan. Baptista Larrea *alleg. Fiscalium tom. 1. alleg. 18.*

105 An autem debeat durare casus sinister; vt affecuratores teneantur, an verò sufficiat semel extitisse dubitari potest in hac specie nauis affecurata capta fuit ab hostibus, vel piratis, posteaque recuperata. Dubitatur modo, an censeatur casum sinistrum euenisse in qua difficultate respondeo cum distinctione, aut nauis fuit
 106 facta hostium, quod contingit quando est in tuto ne à militibus occurrentibus momento recuperari possit, aut verò non est facta hostium;

hostium; vt scilicet quando peruenta fuit ad hostes casus sinister euenit, & consequenter affecuratus possit agere, quia nauis pas-
 107 sa est casum sinistrum, quia sufficit esse impletam conditionem affecurationis licet non duret ad implementum; argumento eorū quæ dicuntur in vltimis voluntatibus; conditionis implementum sufficere ad purificationem actus, licet non duret, *l. si quis heredem 7.* & ibi Doctores *Cod. de instit. & substit. Peregrin. de fideicom. art. 43. num. 18.* & in his affecurationis terminis Rota Genuæ *decisio. 101. Scaccia de commerc. d. quæst. 1. §. 1. num. 143. Riccio collect. decisionum 3124.* aliud verò est, si nauis adhuc effecta non fuerit hostium pro vt apud dictos Doctores latius explicatur.

108 Notandum etiam est in hac materia affecurationis, vt dictum fuisse supra distinctè, & clarè res affecuratas specificandas esse, & vnaquaque cum signo mercatoris cuius fuerit ex cuius signi verificatione probatio idempnitatis resultat cū balla, siue bala mercatoris præsumatur esse illius mercatoris cuius signū in ea scriptum est. Bald. *in auth. dos data in prima columna, vers. nota ex signaculo, C. de dona. ante nuptias. Boerio decis. 105. num. 9.* & alij plures quos refert Mascard. *de proba. concl. 160. à num. 1.* quibus adde Anton. Fab. *in Cob. lib. 4. tit. 3. diffi. 2. num. 17. in notis, Gratian. discep. foren. cap. 500. à num. 5. Rota Genuæ. decis. 201. per totam, maximè num. 2. & 3.*

110 Vltèrius quæri potest, quando valeat affecuratio nauis si tempore affecurationis ipsa erat deperdita, vel demersa. Cui dubitationi respondet Aloisius Riccius *collez. decis. par. 4. collez. 838.* constituens differentiam, an affecuratus tempore affecurationis sciebat merces esse deperditas à piratis, seu inimicis, vel nauim esse submersã, vel ignorabat; si enim sciebat affecuratio nulla est; si autè ignorabat tunc valida est affecuratio, quia sciens, & affecurãs est in dolo, si autem ignorabat, tunc sine dolo est, & lucrum capere potest, ex Aluero Velasques *decis. 64. Regni Portugalia, Saliceto decis. 149. Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 7. par. 1. ampliãt. 10. num. 19. Stracha in tract. de affecuratione, glos. 27. num. 2. vers. Prima quando, tom. 6. par. 1. fol. 377. Gamma decis. 181. in princ. Regni Portugalia. Leonardus Lesius de inst. & iure lib. 2. cap. 28. num. 25. vers. Sequitur.*

112 Sed quæritur quomodo probabitur scientia ex parte illius qui securitatè petijt tempore quo nauis erat demersa, vel merces de-
 pradatã, Sigismundus Scaccia *in tract. de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 158.* asserens, quod cum prædicta probatio fundetur in dolo sufficiat

- 113 probare ex præsumptionibus verisimilitudinibus, & coniecturis, quia semiplene probationes sufficiunt, vt ipse Scaccia refert. *lati⁹ in suo libro de iudicijs causarum lib. 2. cap. 9. num. 309. & sequentibus*, imò sufficiunt minores semiplene probationes maximè iuxta notata in *lib. statutorum genuæ, §. securitates data*. Hæc autem notitia prius probatur per publicam famam in loco vbi securitas facta est, dolus verò qualiter probatur refert Mascard. *de probat. conclus. 131. cum sequentibus*, quando verò dolus præsumatur, & ex quibus coniecturis latè Farinac. *de falsitate, & simulatione quest. 150*. scientia verò quando probetur, & qualiter idem Mascard. *conclus. 1299*. & ex quibus præsumptionibus. Menochij *de presump. lib. 6. presump. 94*. & hoc casu præsumptiones ex arbitrio discreti iudicis venit decidenda Scaccia *de commerc. §. 1. quest. 2. num. 159*. Stracha *de affecuratione glo. 27. num. 5. & 6* quia scire dicitur propriè qui per coniecturas, & præsumptiones à iure approbatas scit, Bald. *cons. 74. lib. 1. & cons. 437. lib. 5*. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 89. num. 17*.
- 116 Sed quæri potest, an si navis fuerit capta per hostes, & per tri-
duum reventa per eos, & postea liberata, an dicatur casum fortuitum euenisse, & an affecuratores liberati sint, an verò remaneant obligati. Hæc quæstio tractatur in *decis. Rota Genus. 101. per 10. vbi num. 2. asserit*, quod ex dicta præda casus fortuitus dicitur, & æquiparatur naufragio, & incendio, *ex l. in rebus, ff. commod. & sic res inuectæ in nauim factæ fuerunt capientium, ex §. item. ea inst. de rerum diuis. l. hostes, §. si. l. si quid. ff. de cap. & post lim. reuer.* & sic postquam navis fuerit salva tunc efficitur eorum qui eam saluam fecerunt, ex doctrina Doctorum in *l. ab hostibus 2. C. de cap. & post. reuer. l. exempto ff. de acti. empti*. quia res deperdita ex fortuito casu, vt supra, si recuperaretur non dicitur esse penes recuperantem eo iure quo prius, erat, *l. meuius, §. fundo. ff. de leg. 2. & in l. rogo, ff. de fideicom. libert. & in l. quidem eodem tit. l. 1. §. depositam. ff. de positi*. vbi habetur quod sufficit semel extirisse conditionem, etiã quod postea sequatur redemptio latius in dicta decisione videri poteris si hæc relata non tibi satisfaciunt. Idem censetur tenere Scaccia *de commerc. §. 1. quest. 1. num. 143. & num. 147*.
- 119 Sed quæri potest, an affecuratores ex deterioratione rei affecurata teneantur ad totalem perditam, aut saltem ad quantitatem damni secuti. Hanc quæstionem valde disceptatam refert don Garcia Meltrillo in suis *decis. Regni Sicilia 2 par. decis. 197. dicens*, in Cu-
ria

ria Consulatùs Cathalanorum bis fuisse iudicatum affecuratores teneri ad pretium totale rei affecuratae, sed à dictis condemnationibus reuisionem petijisse, allegando quod in affecuratione erat expressum, quod affecuratores se obligauerant soluere in casu rei deperditæ, & in casu damni, & quotiescunque res est deteriorata damnum iam euenisse dicitur, ex traditis per Sfor. Oddo. *conf. 31. num. 26. & 41.* quinimo quando damnum est magnum mutatur conditio mercis, & tunc deperditæ censentur, ex *tex. in l. deperditum ff. de petit. hered. iuncto tex. l. verum §. ff. pro socio, melior tex. in l. mulieres, ff. de verb. sig.* Surdus *conf. 33. num. 28. & conf. 397. num. 24.* dicunt enim quod non dicitur res reddita si deterior reddatur, ex *l. 3. §. si reddita, ff. commodati.* Bart. ibidem, & ad *tex. in l. in hoc, §. in viroque, ff. de condic. triticaria,* Menoch. *de presump. presump. 45. num. 27.* Vnde quotiescunque affecuratores affecurant perditionem, & damnum, tenentur reficere non solum quando deperdita est merces, sed etiã quando est deteriorata; merces tamen remanent ipsorum affecuratorum, quia eo casu fingitur venditionem interuenisse, ex traditis per dictum Sfor. *dicto conf. 31. numer. 26. & 41.* & hoc videtur innuere dictum don Garcia Mestril. *dicta decisio. 197. num. 23. versic. His discursis, ibi: consistorium iudicauit inceptam remanere debere pro affecuratoribus facta prius cessione de dictis frumentis, & proinde teneri, verbum enim illud damnum, pro deterioratione accipitur, ita Sfor. Oddo d. conf. 31. num. 41.*

Cum dictum sit, quod verba affecurationis, maximè sint attendenda, quia affecuratio cum sit species fideiussionis, & sic stricti iuris in ea non venit, nisi quod expressis verbis declaratù est. Menochius *consil. 246. numer. 10.* Caualecan. *decis. 5. numer. 31. lib. 2.* don Garcia Mestriillo *decisio. 181. numer. 12. & 13.* indeque possit dubitari, an casu quo affecuratio facta fuerit alicui personæ indiuiduè nulla facta mentione de suis hæredibus quibuslibet, an mortuo affecuratore possit illius hæres agere ad recuperationem pretij affecurationis. Cui dubio respondetur affirmatiuè, quia defuncto affecurato actiones omnes, tam actiuè, quam passiuè in hæredem transeunt *tot. tit. de heredita. actio. l. si pactum, ff. de probationibus l. si necessitas, §. penult. ff. de pignorat. actio.* tradunt communiter Doctores *in l. 2. §. & earum, ff. de verbor. obligat. decisio. Rota Genue. tot. num. 2.*

Ad exemplum affecurationis mercium affecuratur quoque

128 vita hominis, quod solet praticari quando creditor non est recuperaturus debitum, nisi eius debitor aliquo tempore superuiuat; veluti electus ad Episcopatum petita à me mutuo mille quibus bullarum expeditionem soluat ego mutuo, & quia si Episcopus antea moreretur quam mihi satisfacere posset, creditum perderem mutuo ea conditione, vt aliquis assecurat Episcopi vitam post obrentum Episcopatum, per quatuor, vel quinque annos, quia ex illorum annorum redditibus mihi satisfaciatur, vel in alijs similibus casibus, quæ assecuratio vitæ licita est, & permessa dummodo ratione interesse, quod soluitur communi prudentum

129 virorum æstimatione considerentur qualitates, & circumstantiæ periculi, & attendatur quantitas pretij, considerato si iuuenis est assecuratus, vel senex infirmus, robustus, debilis, & aliæ circumstantiæ quæ exprimi debent, quia secundum eas

130 variatur interesse, & plus vel minus soluitur pro vt latè discutunt Leonardus Lesius *de iusti. & iur. lib. 2. cap. 28. sub num. 24.* Azor. *institutionum moralium part. 3. lib. 11. cap. 18. dubio 8. versic. Secunda opinio,* & latissimè Scaccia *de commer. §. 1. quest. 1 numer. 294. & §. 3. glos. 3. numer. 51. & 52.* quæ omnia maximè sunt attendenda, quia ad iustitiam huius contractus requiritur æqualitas inter pretium, quod datur assecuranti, & obligationem quam in se suscipit, nõ minus ac in emptione, & venditione inter pretium, & rem venalem; vt prosequitur idem Scaccia *dicto num. 51.*

131 An verò is qui securitatem petijt debeat denunciare assecuranti qualitatem personæ assecurate, scilicet, an sic infirmus, vel aliud impedimentum patiatur, an verò sufficiat nominare personam cuius vita assecuratur. Quæstio est quæ ex cõsuetudine debet terminari illa quæ est in hac Ciuitate, vt quoties fit assecuratio de superuiuentia alicuius infirmi est denuncianda per assecuratum talis infirmitas, quia longè maius interesse soluitur, & ex sola nominatione personæ præsumitur assecuratio facta de homine sano, quæ cõsuetudo omnino attendenda est, *l. quod si nolit, §. asidua, ff. de edificio edicto,* & in terminis assecurationis plures allegavi supra hoc capite numer. quibus nunc addo Petrum Santerna Lusitanum *relatum in tractatu mercatura Genuæ folio 766. num. 10.*

133 Qualiter autem fiat assecuratio vitæ hanc quæstionem tractat Scaccia *in tracta. de commer. §. 1. q. 1. nu. 298.* dicens, quod æstimatio
vita

vitæ fit habita ratione periculi, & spem vitæ, salutis, seu valetudinis, & alijs circumstancijs arbitrio boni viri considerando ætatem affecurati tempore, quo fit affecuratio ad tempus quo viuere possit, & sic solet fieri affecuratio æstimando periculum in certa quantitate de qua affecuratione meminit idem Scaccia §. 3. glos. 3. num. 52. vbi num. 292. asserit, quod si affecuratio vitæ hominis fit pro viatico maritimo, vel terrestri debet considerari distantia loci à quo incipit viaticus vsque ad locum quo progreditur tunc est consideranda distantia si viaticus fit per mare, aut per terram.

135 Pro coronide huius materiæ securitatum mihi difficultatem fecit dispositio cap. 12. in lib. Consularis, vbi cauetur, quod causæ securitatum debeant iudicari per Consules Logiæ maris, & suo casu Iudicem appellationis, & quod nõ possit forum declinari, nec causa per aliquam qualitatem euocari, ibi: *Ni euocar per qualitas alguna les causes de ditas seguretats de la dita Cort.* Hoc vltimum non placet multis rationibus, & signanter, quia euocatio causarum ex qualitatibus viduitatis, paupertatis, & alijs priuilegiatis est de regalij magis Superioribus, quibus non potest quis præiudicare; vt notaui de regalij cap. 25. à nu. 1. & 3. per eas enim recuperat Princeps exercitium meri imperij, & aliorum manus ligat, vt plura tradens obseruauit Oliba in vsar. alium namque cap. 6. num. 16. & cap. 14. num. 119. faciunt tradita per Fontanel. decis. 316. num. 14. & quid mirum, quod illa verba, *has regalias*, non comprehendant cū certum sit, quod etiam in concessione facta à Rege nõ veniunt huiusmodi regalix maiores quæ nullis, aut paucis concedi solent; quia Princeps sibi æqualem faceret; vt lato calamo tractat Ama. à Ponte tit. qui feudum dare possint num. 71. vers. *Quod autem.* Mestrillo de magistr. lib. 1. cap. 12. num. 52. Oliba in vsar. alium namque num. 8. cap. 6. Cancer 2. par. cap. 2. à num. 121. & par. 3. cap. 9. num. 21. Cauedo decisione Portugal. 12. num. 7. par. 7. cum multis quos adduxi de regalij, cap. 41. à num. 39. cum alijs. Vnde euocatio dictarum causarum permitenda est ex dictis qualitatibus priuilegiatis, prout alias dixi supra de iurisd. cap. 6. num. 6. & si rigor dicti capituli Consularis vult obseruari illud intelligerem de qualitate ordinaria, renuntiationis proprii fori, vel submissionis alterius, non verò de qualitatibus viduitatis, & alijs quibus euocatio semper debet fieri, & obseruari.

137 Antea quam prælo darentur, mihi relatum fuit, quod in Consulari

sulatu Logiæ maris visitantur securitates (& pæne aliter fiunt) in quibus assecurat⁹ expresse pasciscitur nolle subire quartæ, vel octauæ partis periculum, sed quod totum assecuratoribus cedat renuntiantibus capitulis Consularis cōtraria disponentibus. Quare compulsus fui eundem reuoluere lapidem discutiendo vtrum huiusmodi securitates valide sint.

138 - Negatiuam partem intrepide teneo, quatenus dictæ securitates excedunt tertiam, vel septimam partem valoris rerum assecuratarum, ad quod extant diuersa *cap. lib. conf. in tit. de secur. qui incipit fol. 113. scilicet, cap. 1. ibi: En tant com seria de mes auant de les set parts dels Vassalls del Senyor Rey, è de les tres parts dels estrangers sia nulla, è no aprofit als assegurats. Et ibi: Ne per tant com seria mes de les set parts, è de les tres parts, los asseguradors pogan esser conuinguts, ne puga ser fet juy algu. Et cap. 6. ibi: E si serà fet lo contrari, no puga valer al assegurat ni noure als asseguradors, ne segons dit es, pogan esser conuinguts, nen puga ser fet juy algu, idem etiam legitur in cap. 13. et fin.*

139 - Cum enim prædicta capitula Consularis clausulam habeant decreti irritantis, & annullatiui, actus contrarius qui postea sequitur est, ac si factus nõ fuisset, *l. nõ dubiũ, C. de legib. l. sancimus, C. de reb. alien. non alienan. cap. ad dissoluendum in fine extra de spõsal. est enim ipso iure nullus Mart. de claus. par. 1. claus. 2. nu. 6. in noua impressione Peguer. tom. 1. decis. 39. num. 1. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 7. diffin. 21. Ego de regal. cap. 21. num. 45. et cap. 39. num. 10. talem namque naturam habet decretum, seu clausula irritans, vt omnia quæ secuntur inficiat, vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, Salg. de protect. Reg. par. 3. cap. 10. num. 63.*

140 - Nec prædictis obstat, quod assecuratores renuntiarunt capitulis Consularis talia disponentibus, & suum fauorem respicientibus, cum cuilibet permitatur favori suo renuntiare, *l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. cum vulgaris*; quod obtinet licet fauorem committeretur clausula irritans, ita ex Geminian. Ioan. Andre. & alijs tradit Mart. dicta clau. num. 4.

141 - Quia prædicta procedunt vbi de priuato commodo agitur, nõ verò si de fauore publico, vt ex Curt. iuni. & Dec. tradit Mart. dicta claus. num. 5. iuri namque publico pactis priuatorum derogari non potest, *l. ius publicum, ff. de pactis*; cumque clausulæ irritantes dictorum capitulorum Consularis, publicum conseruant fauorẽ hinc est, quod assecuratores illis renuntiare non possint, vt expresse

presè cauet dictum cap. 13. ibi: *Ne per alguna manera puixa esser renuntiat a les presents ordinacions com sien fetes es fassen en fauor de tota la cosa publica, ò tal renunciaciò si fos atentada de fer sia ipso facto nulla, è no age algun effecte, sicut dicitur de militibus in Cathalonia. qui non possunt pro debitis ciuilibus personaliter obligari, constit. 9. tit. de actio. & oblig. nec dictæ constitutioni renuntiarì possunt.*

142 Neque etiam obstat contrarius vsus in dictis affecurationibus (sicut nec obstarèt quamuis dicta capitula Consulatus vnquam vsu recepta fuissent.) Quia clausulæ irritantes tollunt consuetudinem non solum in præteritum verum, & in futurum, Salgad. *de Reg. protest. dict. par. 3. cap. 10. num. 63.* annullantque possessionem taliter, quod nullo remedio possessorio, etiam summarissimo, talis possessor iuari potest, Salg. *qui supra num. 65. & 70.* Nec allegari potest contra dictas clausulas contrarius vsus, ita ex Rota Rom. Genuen. & alijs tradit Mart. *dict. claus. num. 9.* Dispositio enim super qua apposita est clausula irritans impugnari non potest prætextu, quod vsu recepta non sit, quia cū semel constiterit de voluntate statuentis, inferiores illa non vtendo, vel ex contrarijs actibus sine tamen statuentis assensu expresso, talem dispositionem elidere non possunt, Salg. *dict. par. 3. cap. 10. num. 98.* sicque cum dicta capitula Consulatus condita sint ab admodum Illust. dominis Cōsiliarijs, & proceribus præsentis Ciuitatis non possunt ea elidere mercatores per contrarios actus, factos sine expresso assensu dictorum Consiliariorum, & procerum. Qui adeò detestarunt securitates in quibus affecuratus non subest periculum 4. vel 8. partis, vt priuauerint Mag. Consulibus iurisdictione ad cognoscendū, & compellendum affecuratores ad soluendum, quod contra capitula Consulatus factum est.

143 Imò dicti Consules carent prorsus iurisdictione in securitatum controuersijs, nisi prius iuramentum receperint, ab affecurato, & affecuratoribus, quod nullum inter se pactum inierunt verbo aut scriptis contra dicta capitula Consulatus, vt expressè disponitur in d. *cap. fin. lib. Consulatus.*

144 Quibus quidem Consulibus taliter priuata est iurisdictione in prædictis casibus, vt neque per partes (quamuis eis esset permillum renuntiare dictis capitulis Consulatus) prorogari posset, quia impossibile est aliquem habilitari ad id ad quod non habet potentiam, iurisdictione enim eis concessa est per verba negatiua ad-

iuncta verbo potest, ibi: *Que los Consols que ara son, y per temps seràn no pogan fer juy algu de seguretats algunes, sens que primer no agen pres iurament del assegurat, è asseguradors que no han fet pacte algu contra les presents ordinacions, axi en escrits, com de paraula.* Et ibi: *E si pacte algu aurien fet contra les presents ordinacions, que de aquell pacte no pugã fer juy algu.* Quæ quidem negatiua sic verbo potest iuncta, necessitatē inducit præcisam, omnemque abnegat potentiam, & actum reddit de iure impossibilem, Fontanel. *decis. 376. per totam.*

145 Licet nullæ sint securitates in quibus assecuratus quartam, vel octauam periculi partem non sustinuit, quo ad dictam quartam, vel octauam partem, respectu assecurati; est intelligendum, assecuratores verò iusti eximinatim lucrantur pretium totius securitatis, *d. cap. 1. §. 6. lib. Consulatus*: Et etiam quantitates assecurate quæ supersunt tertiam, vel septimam partem in quibus assecuratus nullum subiuit periculum, cedi debent commodo, & vtilitati assecuratorum; accipiendo eas in computum quantitatum per eos assecuratorum, & soluendarum, *dict. cap. 6. ibi: E açò que demes se serian fet assegurar apres tals seguretats, sia a profit, è a vil dels dits asseguradors, çò es quels age esse, è sia pres en compte de les quantitats per ells assegurades.*

146 Sed quid dicendum erit, casu quo nauis passa est naufragium, & vi inundationum merces aliquas demerserint in mare, ne nauis periret quid faciendum sit? Respondeo, quod prædicto casu nauta quando peruenit ad præsentem Ciuitatem accedit ad Magistratum Logiæ ibique denuntiat suum viagium cum omnibus circumstantijs ostenditq; scripturas omnes quas secum defert, & iustificando per eum narrata, & ostensis polissis caricamēti mercium petit nominari aliquos mercatores, qui visis dictis polissis liquident valorem mercium deperditarum, illarumq; æstimationem diuidunt inter assecuratores habito respectu ad valorē mer-

147 cium deperditarum, tunc per dictos mercatores per proceres nominatos per Magnificos Consules visis omnibus instrumentis, & habito respectu ad res deperditas diuidunt æstimationem ad ratã assecurationis faciuntq; relationem in scriptis Magnificis Consu-

148 libus, qua facta per Magnificos Consules expediuntur cartella directa vnicuiq; ex assecuratoribus quibus præcipitur, vt intra certum tempus præfixum per dictos Consules, solent vnusquisque ex assecuratoribus quantitatem sibi taxatam, & hoc est, quod præ-

149 Euenit de mense Aprilis 1656. quod facta dicta taxatione fuit
 expeditum dictum mandatum directum Iosepho Pinyana mer-
 catori, quod solueret certam quantitatem sibi taxatam pro aliqua
 securitate renuit ipse soluere, Consules petierunt à me quid fa-
 ciendum, petebat enim dictus Pinyana, quod Consules illam iu-
 dicialiter condemnarent; inspectis autem pluribus exemplaribus
 ipsius Magistratus nunquam fuit inuentum, quod prædicto casu
 Magnifici Consules sententiam proferrent, & sic consului, quod
 expeditur aliud mandatum sub pœnis, quod solueret intra cer-
 tum tempus dictam quantitatem taxatam, motus ex à me tradi-
 150 tis in lib. de regal. cap. 24. à num. 3. cum sequen. vbi retuli posse quemli-
 bet iudicem pro obseruantia suæ iurisdictionis apponere pœnas
 contra non obseruantes quæ potius, & proprius dicuntur mulctæ
 quam pœnæ, vt latius ibi à me traditis videri potest fuit expedi-
 tum sub pœna viginti quinque librarum intra certum tempus quo
 præsentato eidem Pinyana ipse iterum renuit, & pro dicta pœna
 fuit excussus pro dictis viginti quinque libris quas dicti Magnifi-
 ci Consules imburfarunt; postea fuit expeditum aliud mandatum
 cum pœnis, vt intra breue tempus solueret, & lapsa termino re-
 nuente ipso fuit iterum excussus, & pignora capta, & deducta ad
 custodem pignorum interim dum pignora erant capta, & existe-
 bant penes custodem pignorum dictus Pinyana soluit quantita-
 tem sibi taxatam ratione affecurationis, dicti Magnifici Consu-
 les petierunt a me, an possent pignora capta vedere licet ipse sol-
 uisset eo quod iam executio erat cepta pro pœnis incuris, & pig-
 nora iam pœnes dictum custodem existebant, primo intuitu in-
 clinabam me, quod poterant pignora vendi, eo quod executio
 151 erat cepta, & videbatur rem integram non esse; cæterum re ma-
 turius considerata, & indagata veritate reperi casum decisum per
 Regia Aud. de anno 1574. quem refert Fontanel. tom. 2. decis. 407. nu.
 9. quo Regia Aud. declarauit, quod locus est purgationi moræ ad cui-
 randum pœnam quousque fuerit pœna imburfata: cumque dic-
 tus Pinyana soluisset principale debitum antequam pœna dicta-
 rum viginti quinque librarum fuisset per eum soluta consului, quod
 in executione pœnæ prædictæ cessarent Magnifici Consules, &
 quod pignora capta dicto Pinyana restituerentur solutis per ipsū
 omnibus expensis, & sic fuit factum. Sed non erit alienum à ma-
 teria quam tractamus quare in affecurationibus prius datur pecu-
 nia

nia quæ cōuenta est pro affecuratione quã viaticus qui affecuratur fiat, cui quæstio facilis est responsio, ex traditis per Gabriel. Berart. in suo libro de visit. cap. 23. à num. 74. tractans an liceat administratoribus Civitatum pro locatione, seu venditione rerũ Vniuersitatum promittere aliquam pecuniæ quantitatem ad captandam voluntatem conductorum, quæ hispanè dicitur *exauce*, resoluens, quod sic ex rationibus per eum ibi allegatis inferens ex illis hoc fieri, quod in affecurationibus prius detur pecunia cōuenta pro affecuratione, confirmans ex *l. in naue Saufei ff. loca.* & ibi notatis per Paul. de Castro num. 6. quem sequitur Paris. de Puteo in tracta. de Ludo. vers. an & quando sit licitũ, & hanc esse communem sententiam attestatur Decio *conf. 115. num. 2. vol. 1.* quia ex simili contractu, & solutione anticipata inuitatur homines ad negociandum; & sic dicitur ob causam datio, ex *l. à Titio,* & ibi notatis per Bart. & DD. *ff. de verb. oblig. Socin. in cap. dilectos de excessu.* Prælato notatur in *l. 2. §. circa, ff. de doli. & metus excep.*

Sed quid dicendum, si navis vi tempestatis fuerit in terrã proiecta, & merces illius deperditæ fuerint, an exercitor navis teneatur reficere valorem mercium. Cui dubio respondendũ est, quod si navis deiecta in terra, ita fuerit quod merces non sint deperditæ intra mare, sed peruertæ fuerint intra nauim demersam in terra tunc exercitor navis tenetur reficere valorem dominis dictarũ mercium: quia imputatur exercitori culpa perditionis mercium. vt decisum refert noster Xammar in suo lib. rerum iudicatarum par. 1. *defin. 69. per tot.* vbi refert iura ex quibus decisio fuit facta.

De rationibus reddendis per diffinitores Clauarios.

S Y M M A R I V M.

Pecunia est caro, & sanguis Reipublica. num. 1.

Civitas, qualiter vincatur. num. 2.

Pecunia conservatio Reipublica interest. num. 3.

Administratores, qualiter tenentur reddere rationes, & à quo tempore. nu. 4.

Administrator voluntarius tenetur rationem reddere. num. 5.

Heredes Administratoris defuncti compelluntur rationem reddere. num. 6.

Ratio-

- Rationes reddere à quo iure emanauit. num.7.
Ratio, quando dicatur benè reddita. num.8. & 12.
Ratio debet dari de recepto, & soluto. num.9.
Administrator, quando dicatur falsus. num.10.
Ratio, quando dicatur in folles. num.11.
Administrator quousque soluerit residuum, nō dicitur reddidisse rationes. n.12.
Ratio, qualiter sit exigenda. num.13.
Ratio est reddenda iuxta loci consuetudinem. num.14.
Consuetudo debet esse conformis iuri. num.15.
Mora est purganda. num.16.
Rationis modus reddendæ damnatio. num.17.
Administratores non reddentes rationes à quibus rebus priuentur. num.18.
Administrator dum debitor est, non potest ad beneficia promoueri. num.19.
Administrator dum debitor est, non potest admitti ad Religionem. num.20.
Rationes vbi sint reddenda. num.21. & num.26.
Rationes publica, vbi reddenda. num.22.
Rationes tutela, & similes, vbi reddenda. nu. 23.
Rationes tui reddenda. num.24. & 25.
Rationes publica, quo in loco reddenda. num.26.
Rationes in Consulatu Logia, vbi reddi debent. num.27.
Rationes in Logia examinare pertinet Consulibus. num. 28.
Rationes singulis annis sunt reddenda. num.29.
Rationes reddi quis petere potest. num.30.
Recusante administratore dare computa, quid fiendum. nu.31.
Pœna, quæ dicatur. num.32.
Mulcta, quæ dicatur. num.33.
Rationes intra quod tempus sint danda. num.34.
Administrator qualiter compellatur reddere computa. nu.35.
Tempus quale assignandum sit ad computa definienda. num.36.
Arbitrium boni viri est sequendum. num.37.
Definitor Clauarius, quid facere debeat recusantibus Consulibus computa defini-
nere. num.38. & 40.
Definitor Clauarius, qualiter teneatur protestare Consulibus. num.39.
Definitor Clauarius quando possit recurrere ad Vicarium. num.40.
Appellare, an liceat Definitori Clauario à mandato dandi computa. num.41.
Appellatio de mandato reddendi computa, an suspendeat negotium. num.42.
Arrenta quando non habeant locum in redditione computorum. nu.43.
Computa, qualiter reddenda. num.44.

- Computorum redditio difficilis. num. 45.
 Computa, quando legaliter dicantur descripta. num. 46.
 Rationes, quando legales dicantur. nu. 47.
 Rationes, quando dicantur dolose. num. 48.
 Definitor Clauarius tenetur tradere librum sue administrationis. num. 49.
 Solutiones à defnitore Clauario factæ qualiter constare debent. num. 50.
 Solutiones parua quantitatis, qualiter iudicentur. num. 51.
 Computorum examinatio, qualiter fienda. num. 52.
 Iudicis arbitrio plura ius committit. num. 53.
 Dolus semper censetur exceptus. num. 54.
 Dolus multoties à Iudicis arbitrio pendet. num. 55.
 Partita plures parua, qualiter considerentur. num. 56.
 Computa, qualiter solebant examinari. num. 57.
 Computa, qualiter examinentur in Consulari Logie Maris. num. 58.
 Auditores computorum nominati in Logia, an possent se excusare. num. 59.
 Officiales publici, an possint se ab officio excusare. num. 60.
 Appellare, an possit extractus, seu nominatus ad officia. num. 61.
 Appellans incerti neuter condemnatur in expensis, & damnis. nu. 62.
 Recusari, an possint auditores computorum nominati. num. 63.
 Recusatione proposita, & non declarata gesta per recusatum sint nulla. nu. 64.
 Ratio, an reddi possit per procuratorem. num. 65.
 Rationes reddenda sunt in eadem Logia. num. 66.
 Heres defuncti tenet reddere rationes vbi defunctus tenebatur. num. 67.
 Libri rationum quam fidem faciant defuncto administratore. num. 68.
 Mors multa inducit in fauorem mortuorum. num. 69.
 Iuramentum qualem fidem faciat pro libris viuorum. nu. 70.
 Dolus in Officialibus non præsumitur. num. 71.
 Definitor Clauarius, quid debeat facere de pecunia penes se remanente. n. 72.
 Oblatio verbalis, an sufficiat. nu. 73.
 Administrator detinens pecuniam est in dolo, num. 74.
 Iuramentum in litem, quando detur contra administratorem. nu. 75.
 Capi, an possit defnitor Clauarius pro residua pecunia penes eum. nu. 76.
 Cautionis forma firmanda per defnitorem Clauarium. nu. 77.
 Executio tanquam pro debitis Fiscalibus, & Regalibus, qualiter accipienda.
 numero 78.
 Bona Logia, an gaudeant priuilegijs fiscalibus. nu. 79.
 Fideiussores dati per defnitorem Clauarium, qualiter remaneant obligati. n. 80.
 Fideiussores defnitoris Clauarij verè dicuntur debitores. num. 81.

- Fideiussor modica quantitatis, qualiter consideretur in iure. num. 82.
Debitor parue quantitatis, an impediatur concurrere ad officia. num. 83.
Fideiussores defnitoris Clauarij solum debent capitale debitum non alia. nu. 84.
Fideiussores alicuius Officialis non possunt exequi, nisi excuso principali. n. 85.
Absente principale computa, an possint examinari. num. 86.
Executio quando fieri possit pro computis. num. 87.
Citatio quando non sit necessaria. num. 88.
Liber rationum dicitur probatio probata. num. 89.
Mandatum de reddendis computis quando probat. nu. 90.
Executio quando fieri possit computis datis. num. 91.
Narratur extra ordinarium factum Logie. num. 92.
Causa pretextu Regalie euocantur ad Regiam Aud. nu. 93.
Euocatio non parit maiorem effectum, quam appellatio. nu. 94.
Appellatio non suspendit redditionem computorum. num. 95.
Repetitio computorum, an sit fienda. num. 96.
Repetitio computorum, quando locum habeat. num. 97.
Error in computis, qualiter consideretur. num. 98.
Computa qua actione reuideantur. num. 99.
Officium Iudicis quando locum habeat. num. 100.
Repetuntur computa, quando fuit dolus. num. 101.
Dolus quid sit. num. 102.
Falsa assicuratio, quid operetur. num. 103.
Computa in libro qualiter scribenda. num. 104.
Bona Clauarij defnitoris sint obligata. num. 105. & seq.
Hypotheca, an sit in bonis defnitoris Clauarij. num. 106.
Hypotheca, an impediatur alienationem. num. 107.
Compensatio, an habeat locum in redditione computorum Vniuersitatis. n. 108.
Compensatio non est vera solutio. num. 109.
Exactio tributorum est attendenda. num. 110.
Exactio tributorum qualiter fienda. num. 111.
Compensatio qualiter admitatur. num. 112.
Mulier, an possit se opponere pro suis iuribus in executione bonorum defnito-
ris Clauarij. num. 113.
Mulier, an preferatur fisco. num. 114.
Defnitor Clauarius recurrens ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate. n. 115.
Confugientes ad Ecclesiam ex causa debiti, an gaudeant immunitate. nu. 116.
Interesse quando debeatur ex pecunia per defnitorem detenta, & à quo die.
num. 117. & 119.

Ignorantia facti proprii non presumitur. num. 118.

Mora quando interueniat respectu defunctoris Clauarij. n. 119.

Honor parum hodie attenditur. num. 120.

Societatis causa, qualiter sit tractanda. num. 121.

Causa societatum pertinent ad Consulatam Logia maris. n. 122.

Causa cepta contra defunctum, ubi sit tractanda eo mortuo. num. 123.

Causa ubi cepta est ibi debet terminari. num. 124.

Fauor personalis valde est attendendus. num. 125.

Causa societatum non cepta contra defunctum, ubi sit tractanda. num. 126.
cum seqq.

Prinilegia quoduplicia sint. num. 127.

Prinilegia, qualia sint personalia, qualia realia. num. 128.

Prinilegia Logia realia sunt non personalia. num. 129.

Causa societatis non cepta contra defunctum possunt tractari in Logia. nu. 130.

Laius quando possit conueniri coram iudice Ecclesiastica. num. 131.

Causa mercantiles etiam contra absentes tractantur in Logia. num. 132.

Multa sunt quae non fierent si contradictum fuerit. num. 133.

C A P. XX. II.

- 1 **C**VM pecunia sit caro, & sanguis cuiuslibet Reipublicae, sine
 qua ipse perijt, iuxta tradita per Bouadil. in sua polis. rom. 2. lib.
 1. cap. 4. in prin. tam ex locis sacrae scripturae, quam authorum anti-
 2 attestatur, quod Philipus Rex Macedoniae dicebat, quod nulla
 Ciuitas tam inexpugnabilis erat, quod non posset vinci, & redu-
 3 ci per vnum asinum onustum auri: cumque pecuniae tantae aesti-
 mationis sit nihil mirum, quod de conseruatione illius tantopere
 4 curetur, & sic licet ditissima sit respublica, cum possit minui ex
 pensione ararij nihil mirum, quod praecauendum tanto damno
 fuerit statutum, quod administratores Reipublicae redderent ra-
 5 tiones: vnde stabilitum fuit antiquis temporibus, quod adminis-
 trator quilibet qui negotia aliena gerit, non solum humano, ve-
 rum etiam diuino iure in fine suae administrationis rationem red-
 dere teneatur, etiam si sit voluntarius, vt refert Scobar. de ratio-
 cin. cap. 3. num. 31. ex Beccio quest. famil. 15. Iosephus Ludouicus decis.
 6 4. num. 4. adeo quod, & haeredes illius qui administrauit ad dandam
 rationes compellantur, ita Roman. cons. 414. in prin. Decius cons. 90.

7 *vers. circa secundum, & in Villico Iesus Christus dominus noster iussu, ex Di-*
uo Luc. cap. 16. vt refert summus Pontifex in cap. qualiter, & quan-
do lo segon de accusationibus, tenent quamplures relati à Boer. in tract.
de decima tutoris cap. 1. num. 154. plures relati à Roland. conf. 49. num. 1.
8 *Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 209. num. 1. tunc demum benè, &*
rectè aliquem in administratione versatum fuisse arbitramur si
peracta finitaque administratione computa dati, & recepti prin-
cipali interesse habenti reddiderit, & reliquum in quo debitor
9 *remanerat soluent, Cauvalca. decis. 38. num. 25. Cephal. conf. 674. num.*
10 *20. aliàs enim si dati, & recepti recta ratio reddita non fuerit, ad-*
ministratores vt falsus, à lege punit, l. 1. §. tutores. ff. de falsis, ac perpe-
tua infamia notatur, l. 1. ff. de his qui not. infamia, neque de imperiali
beneficio vlla absolutione ab huiusmodi nota liberantur, l. fin. C.
arbitrium tutela. meminit de hac materia redditionis rationū nos-
ter Xammar in suo libro rerum iudicatarum tom. 1. par. 1. definitione 43. à
principio.

11 *Ratio enim quæ non continet datum, & receptum, non dici-*
tur ratio legitima, sed in follis, vt attestatur Soci. conf. 149. ita Bae-
ça de decima tutoris cap. 2. num. 176. Molin. in consuetudinibus Parisii. §. 1.
glos. 6. num. 14. quod desumunt ex l. cum seruus. ff. de condiçti. & demonst. ibi:
incipit quidem à factò, peruenit autem ad pecunias, & rursus ibi: itaque
cum seruo sub hac conditione testamento libertas datur si rationes reddiderit nõ
hanc solam habent significationem si cautiones instrumenta quæ omnia, actus
sui exhibuerit heredi, sed si reliqua soluerint.

12 *Ex quibus verbis satis constat, vt ratio recta, & perfecta dica-*
tur requiritur, quod is à quo ratio petitur soluerit illud in quo
debitor remanebat, l. non solum 8. §. his qui redderet, ff. de liberatione
legati. l. si ita 13. §. hac questio, ff. de manumis. testamento, allegat Fabrum
in suo Cod. lib. 4. tit. 7. defm. 5. num. 15.

13 *Ratio autem quæ petitur, & exigitur, arbitrio boni viri est*
præstanda, vt voluit Bald. in l. voluntati. num. 2. C. de fideicom. Menoc-
de arbitr. casu 209. nu. 12. Mascard. de probat. conclus. 253. decis. Rotæ Genuæ.
14 *163. num. 14. & licet in decis. 141. dictæ Rotæ Genuæ dicatur, quod in*
15 *materia redditionis computorum sit attendenda consuetudo lo-*
ci, vbi administratio gesta fuit, hoc intelligendum est quando
consuetudo loci, est conformis iuri, videlicet, quod libri ratio-
num sint cum datis, & receptis calculum repositum, & residuum
soluatur, mora que soluendi non interfit, & si interuenerit purge-

- 17 tur. & quod interueniat ille cuius interest; iuxta tradita per Stracca de mercat. 2 par. num. 67. Rotæ Genuæ. 164 num. 2. Bouadil. in sua politic. tom. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 72 ex quibus abhorrendus est modus, quod in aliquibus casibus fuit obseruatum in Consulatu Logiæ maris in aliquibus libris, vt vidi, in quibus ille qui reddebat rationem summariè assererat se expendisse in rebus minutis quâtitates excessiuas tercentarum librarum in alijs sexcentarum non verificatis partitis singulis, & ita computa definiebant pro dolor?
- 18 Adeò stricta est obligatio reddendi ratione, quod à iure constitutum sit, quod interim quo administrator rationes non reddiderit ad sacros ordines promoueri non possit, ex l. 2. C. de Episcopis, & clericis, cap. si quis obligatus 14. disting. adeò, quod si tempore quo
- 19 incepit administratione erat iam aliquibus sacris ordinibus inuiatus, minimè beneficia Ecclesiastica illi conferri poterunt donec prius rationem reddiderit, cap. non confidat 10. disting. cap. unico de obligationib. ad ratiocinia, quod magis extendit Escobar de ratiocin.
- 20 cap. 4. num. 3. quod nec sit admitendus ad religionem quin prius reddiderit rationem, quod confirmat ex cap. 1. 13. distin. in illis verbis: *Quod si etiam talis quisque monasterium petat suscipiendus nullo modo est, nisi prius ratiocinia publica fuerint absoluta*: aparet igitur quantum interest, quod administratores publicarum functionum reddant rationem de bonis quæ administrauerunt, hunc articulum examinat Salcedo in sua praxi Canonica. cap. 20. per tot. resoluens hanc prohibitionem solum locum habere in administrationibus publicis secularibus; quia si est administrationes Ecclesiasticæ, vel pauperum saltem præstita cautione admituntur ad ordines ac beneficia, ita Salcedo dict. cap. 2. num. 5. & 6. vbi expresse de volentibus ingredi religioem.
- 21 Sed cum stabilitum sit omnes administratores tam necessarios quam voluntarios esse obligatos ad reddendam rationem suæ administrationis antequam deueniamus ad quæstiones, quæ circa hanc materiam se offerunt, videamus vbi rationes sint reddende.
- 22 Primo igitur sciendum est titulum esse expressum in Cod. lib. 3. tit. 21. qui inscribitur, vbi de ratiocinijs tam publicis, quam priuatis agi oporteat in quo tit. l. 1. disponit de negocijs particularibus, veluti de tutela, vel de procuratione, vel de alia qualibet causa particulari, vt declarat Acursius ibidem verbo titulo, dicendo rationem reddendam esse in loco in quo administratio gesta fuit.
- 23

- 24 In secunda verò l. agit de administratione, & ratiocinio publico, docens, quod publica administratio debet reddi coram eo, qui præst administratiōi, *ex eodem rex. apparet, & ex glos. ibi non vbi domicilium habet, seu vbi administrauit, videlicet sub magistro militum sub quo tempore administrationis militabat, iuxta quã regulam generalem, generalis resolutio est, quod in administratione publica ratio reddenda est præfecto administrationis, hoc*
- 25 *idem disponit l. fin. in fine, C. de debitoribus Civitatum lib. 11. facit rex. in l. fin. in fine. ff. de administr. rerum ad Civit. pertinen. ita tenent Guido Papa decis. 361. num. 9. Auendaño de exequendis mandatis par. 1. cap. 10. n. 38.*
- 26 Bouadil. *in sua polit. lib. 5. cap. 4. num. 5. vbi dicit, quod prædictæ rationes publicæ non debent priuatim dispungi in domo alicuius Officialis publici, sed palam in domo concilij apertis ianuis, & assistentibus plurimis. Vnde iuri conformis est dispositio Serenissimi Regis Ioannis in suo priuilegio dat. in loco de Manitzes 22. Aprilis M. CCCXCiiij. cuius principium legitur in libro pergamenico priuilegiorum Logiæ fol. 45. num. 2. cuius verba hæc sunt, quæ leguntur fol. 47. pag. 2.*
- 27 *Uterius vos dicti Consules presentes, & futuri de, & cum consilio dictorũ, vestrorum consiliariorum, aut maioris partis eorum omnibus, & singulis personis pro expeditione dictorum negotiorum mercantiliũ qualitercunque laborantibus quæcunque salaria tam diurnalia, quam alia constituere, & taxare, & constituta, & taxata exsoluere seu ex solui facere, & à quibuscunque personis pecuniarum dicti iuris, seu vectigalis, ac talliarum receptoribus, & distributoribus computa audire, & definire, & rationum reliqua petere, habere, & recipere, & recuperare omnia quæ alia per agere, quæ iuxta hæc necessaria fuerint, & oportuna committentes vobis super prædictis omnibus, & singulis cum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis vices nostras plenariè cum presenti, perquam vniuersis, & singulis Officialibus presentibus, & futuris ad quos spectat expresse iniungimus sub pena mille florenorum auri nostro arario irremissibiliter applicandorum, quod vobis in & super prædictis omnibus, & singulis plenè executioni perducendis prestenc auxilium, conciliũ, & fauorem nostram quæ presentem concessionem, & licentiam teneant firmiter, & obseruent, & faciant ab omnibus inuiolabiliter obseruari, & non contraueniant, nec aliquam contrauenire permittant aliqua ratione in cuius rei testimonium hanc fieri, & sigillo nostro, pendenti iussimus communiri dat. &c.*
- 28 Ex quibus verbis satis clarè constat Magnificis Consulibus iurisdictionem plenariam à domino Rege fuisse concessam ad com-

puta examinanda per medias personas destinatas.

29 Rationes autem publicæ administrationis singulis annis sunt reddendæ, *ex authen. de collationib. §. sed neque vers. singu. annis. collat. 9.* & ex clementina, quia contingit, *§. illi etiam de religio. domib. Bouadil. in sua polit. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 4.* sed quæri potest, quis poteris
30 petere rationes reddi, *Barr. in l. vbi pactum num. 11. C. de transactio. Immo. Hostien. & Felin. in cap. dilecti de maioriata, & obedientia. Curia Pisana lib. 1. cap. 18. Scobar de ratiocin. cap. 7. num. fin. tenent, quod quilibet de populo potest petere ratione reddi, iuxta quam doctrinam existimo quemlibet de Logia, & seu stamento mercantili posse petere rationes reddi.*

31 Sed videndum est casu quo Clauarius diffinitor recusat reddere computa qualiter sit producendum: cui dubio vt breuiter resolutio tradatur (ne termini confundantur) reuoco in memoriam, quæ à me dictæ fuerunt *in libro meo de regalij cap. 34. à princip.*
32 dum constitui differentiam inter pœnam, & multam, vt pœna dicatur, quæ à lege imponitur, vt ibi dixi *num. 8.* multa verò dicitur pœna, quæ à iudice statuitur, vt sibi obediatur, *iuxta glos. verb. pœnali in l. 1. ff. se quis ius dicenti non obtem.* quo præsupposito dico, quod Magnifici Consules possunt præfigere certum terminum prædicto Clauario diffinitori sub certa pœna pecuniaria, vt computa tradat, & definiat, quo elapso poterunt Consules ad executionem multæ procedere, vt definiatur *iuxta. rex. in l. cui iurisdictio. ff. de iurisdictione omnium iudicum,* faciunt tradita per Speculator. *tit. de contumacia, §. nunc dicamus in prin.* quia multa à iure fuit introducta, vt quilibet iudex, etiam pedaneus suam iurisdictionem tueatur longius tractavi *in d. cap. de regalij à nu. 12.* quanto magis, quod Logia maris habet privilegium Regis Philippi secundi dat. in Villa de Monfo 26. Nouembris 1585. vbi dicitur. *Item, suplican. a V. Magestat. diti. Consols, placia azorgarlos prinilegis, que pujan ab lo die Concell de vint fer qualseuol ordinacions axi penals, com altres per la exactiõ de dit dret, y conseruaciõ de aquell, y ditas ordinacions degudament ferlas obseruar tota appellaciõ, exceptiõ, y recorre mogurs. Plan à sa Magestat ab que en lo fer ditas ordinacions hi entreningue vn Official Real, iuxta quod privilegium fuit Magnificis Consulibus consultum, quod ad examinanda computa aliquorum mercatorum antiquitus diffinitorum debitorum remanentium vocato magnifico Regente Vicariu Barchinone statuerent, & ordinarent, quod ad prædicta computa de-*
35
finienda

finienda mandata pœnalia, expedirentur pro computis reddēdis certo tempore eis præfixo quo elapso ad executionem dictæ pœnæ seu multæ procederetur.

- 36 Obiter tamen aduerto, quod magnifici Consules maturè procedunt in designando tempus, & in quantitate multæ: quia debent considerare ne excedant modum, & prudentiam recti, & sinceri iudicis, iuxta tradita per Speculat. ut. de senten. prole. §. species verb. sed nunquid titulus. Alexander. conf. 35. vol. 2. col. penult. Iafon. in
- 37 b. 3. §. quid præter in fi. ff. ne quis eum qui iniust. debent enim sequi arbitrium boni viri ex Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 14. num. 8. sequēdo doctrinam gløse in l. eas causas. ff. de condic. & demonst. Socin. seni. conf. 146. col. 4. verb. sed prædicta, lib. 1. Ruinus conf. 3. num. 20. lib. 1.
- 38 Sed videndum est (cum dictum sit de cogendis diffinitoribus Clauarijs ad reddendam computa ipsius renitentibus) quid fiendū erit, vbi diffinitores Clauarij prompti sint reddere computa, & magnifici Consules, seu examinatores computorum sint in mora recipiendi? huic dubio respondit Muños de Scobar in suo lib. de rariocinjs cap. 6. num. 95. dicens, quod recusantibus Superiõibus diffinitor Clauarius ad euitandam futuram calumniam, & vsurarum, debet cum scriptura penes notarium coram testibus denunciare magnificis Consulibus qualiter ipse est paratus rationes reddere, protestando de lapsu temporis, de morte testium, & cæteris in sui defensionem competentibus, quibus factis si non sufficiant existentibus magnificis Consulibus in mora poterit recurrere ad magnificum Regentem Vicariam Barcinonē cum supplicatione narrando factum, & recusationem Consulū petendo eos citare, & petent coram iudice, seu Assessore nominato, quod cõputa examinentur, & per ipsum iudicem providebitur, vt computa examinentur.
- 39 Vt
- 40
- 41 Vt
- 42
- 43

torum dummodo constat dictum definitorem Clauarium administrasse, & pecunias recepisse, quod confirmat *ex tex. in authen. de sanctissimis Episcopis, §. aconamus, ver. Si verò putauerit, collatione 9. & ibi glosa, & Angelus ibi verbo repetitionem, Maran. de ordine iudic. num. 191. Lancel. de attenta. par. 2. cap. 12. limit. 9. Gutier. pract. quest. 37. Cauvalca. in tract. de tutoribus num. 222. idem tenet Gabriel Berart. in suo lib. de visita. cap. 27. num. 58. Sagismundus Saccius in tract. de appellatione quest. 17. limit. 29. num. 1.*

- 44 Peruento iam ad effectum redditionis computorū, videamus qualiter computa sint reddenda, & summarie dicendum est, iuxta tradita per Socinum seniore *conf. 159. col. 6. in fine lib. 2. quem præcedit Ancharra. conf. 331. col. 1. asserentes difficile esse rationes reddere, quod intelligo nō quo ad describendas rationes, sed propter vltimum finem, qui consistit an bene expensæ factæ sint, & de solutione earum verè, & tandem in reliquo restituendo: quia in summa redditio computorum consistit in scribendo prius accepta, & postea expensa, ita vt recepta, & data æqualia sint, vt refert Ioan. Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 40. num. 1. cum sequen. in quorum executione prius est aduertendum, quod ratio-*
- 45 nes non sint scriptæ in folle hoc est in exploratè, seu confusè, vt refert Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centu. 3. casu 209. num. 14. Socin. senior. conf. 24. col. 12. vers. Et ideo dicunt iura, lib. 1. Iason. conf. 219. col. 2. lib. 2. & conf. 4. col. 2. lib. 3. Ruin. conf. 135. num. 7. lib. 1. Paris. conf. 82. num. 22. & conf. 34. num. 18. lib. 1. quæ probant ex l. statu liber, §. vltimo, ff. de statu liberis, agnouit Berart. in suo lib. de visitatione cap. 23. à num. 282. cum seqq. aliàs*
- 47 enim si rationes aliter fuerint redditæ dolosæ sententur, quia sūt intricatæ, *l. cum seruus, ff. de condi. & demonst. l. argentarius, §. vltim. ff. de eden. iuxta plura tradita per dictum Berart. dicap. 23. num. 113. pluribus per eum allegatis Doctoribus, idem sentit Ioan. Gutier. de iurament confirmat. d. par. 1. cap. 40. num. 18. cum seqq. tenetur etiam dictus*
- 48 definitor Clauarius reddere librum rationum ipsius, ex Berart. & Gutier. vbi supra, quod probant ex diuersis iuribus per eum allegatis Scobar. *de ratiocin. cap. 13. num. 2.*
- 49 Sed quæri potest, qualiter constare debeat de solutionibus allegatis per ipsum definitorem Clauarium, cui dubio respondendū? quod aut quantitates sunt magnæ, aut parvæ; si magnæ sint debent legitime probari per testes, aut alias legitimas probationes, si verò quantitates sint parvæ iuramento ipsius definitoris
- 50

- Clauarij probata sententur : quia in minoribus quantitatibus si verosimilè sit, quod fuerunt expensæ, & solutæ iudicis arbitrio statur, iuxta tradita per Curtium in l. admonendi 125. ff. de iureiurando. Decius in l. 1. num. 5. in fine. & ibi Bolonne. num. 29. C. de edendo. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 93. num. 2. quem sequitur Scobar. de rationibus. cap. 13. num. 3. nec mirum : quia in examinandis rationibus nimis durè non est agendum, nec scrupulosè procedendum, ut refert Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 209. num. 34. confirmans ex l. si seruus, ff. de leg. 1. quia sumptus bona fide facti, admitendi sunt. l. 1. §. sed non nullus. ff. de tute. & rati. distra. maximè vbi iudicis arbitriū interuenit, plura enim de eo confidit ius iuxta tradita per Menoch. de arbit. lib. 2. casu 168. & 169. idem sentit Berart. in suo lib. de visit. d. cap. 23. à num. 141. & hoc idem refert Belluga in specul. principium rubr. 17. verb. Videamus, num. 13. limitando prædicta, nisi interueniat dolus, ex l. quamuis, ff. de condic. & demonst. quia dolus semper sentetur exceptus et exclusus, & sic considerari debet qualitas, ex qua dolus argui potest, quæ omnia à iudicis arbitrio dependent pluribus adductis latè Belluga in specul. principium rub. 17. verb. Videamus, & ibi additiones Camilli Borrelli verbo qualitate, pag. mihi 112. in summa enim ut dictum est iudicis arbitrio relinquitur, nam de eo valde ius confidit.
- Quod clarius declarat Bouadil. in sua polit. tom. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 74. dicens, quod si parux sint partitæ, & summam magnam efficiant etiã iuramento partis, & iudicis arbitrio relinquitur : quia quælibet partita de per se suam expressionem facit, & quod hoc casu iudex consideret personas intereentes, dummodo vnaquæque partita sit separata, & distincta.
- Licet de iure communi computa essent publicè reddenda iuxta tradita per Berart. in suo lib. de visit. d. cap. 23. referentem Ioannem de Platea in l. securitates, C. de susceptoribus, & archi. lib. 10. Auendaño de officio prætoris 2 par. cap. 10. nu. 30. in fine, Bouadill. tom. 2. lib. 5. cap. 4. tamè ex consuetudine solent in Consulatu Logiæ maris nominari duo mercatores ad computa examinanda quos nominant Oidors de cõpartes : de quibus dubitari potest, an possint se abstinere à tali onere, cui dubio responderetur non posse. Quia eū à publico fuerint nominati, publici Officiales dicuntur, & sic voluntarij non dicuntur, nec excusari possunt, nisi iustam causam habeant, imò pœnalibus mandatis, & carceris mancipatione possunt compelli, ut

- de publicis æstimatoribus attestatur Molineus in cōsuetudinibus Parisiensibus tit. 1. glo. 3. num. 8. eo quod cum publicæ personæ reputentur, publicis functionibus debent suas operas adhibere. l. 1. §. cura
- 60 carnis, ff. de officio præfecti urbis, l. 1. ff. nauta, canpon. stabular. Ioannes Garcia in tract. de expensis, cap. 24. num. 76. quos sequitur Muños de Scob. de ratiocin. cap. 8. à num. 3. voluit tamen Loscus in suo libello de iure Vni-
- 61 uersitatis 3. par. cap. fin. quod à tali nominatione possit appellare, quo casu si frustratoria fuerit appellatū talis appellans in expensis condemnatur, & ad resarciendū damna, quæ reipublicæ acciderint, ex l. 1. ff. si iur. vel cura. vel magistra. creatus appellauerit, l. 2. c. 18. C. de decurionibus lib. 10. l. 1. C. sumptus inunc. muner. lib. 11. in quibus comprehenduntur damna sequuta in exactione, seu retardatione executionis l. 2. C. de administra. reipub. lib. 11.
- 62 Sed non erit abs re quærere, an isti calculatores possint tanquã suspecti recusari; cui dubio respondetur? quod si tempore nominationis non aderat causa recusandi, & postea ad nouam notitiam peruenerit poterunt recusari cap. insinuante, & ibi Abbas in fi. de officio delega. Maran. de ordin. iudic. 6. par. à num. 27. l. ab arbitrio, ff. qui satisfacere cogantur, faciunt tradita per Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 2.
- 63 casu 152. num. 1. Ioan. Garcia. d. cap. fin. & si recusatus fuerit calculator, & non fuerit declaratum, super recusatione, sed recusatus processerit ad vltiora, nulla erit calculatio, ex traditis ab Scob. d. cap. 8. à num. 20.
- 64 Vltcrius quæri potest, an per procuratorem possit reddi ratio per definitorem Clauarium; cui dubio affirmatiuè respondeo? si habet speciale mandatum, & in hac opinione est Scobar. de ratiocin. cap. 4. nu. 22. & auben. de collatoribus, §. fin. colla. 9. & in hac opinione allegat Auiles in cap. pratorum cap. 27. num. 22.
- 65 Hæ autem rationes, quæ reddendæ sunt debent reddi in eadem Logia maris tanquam publicus locus, vt ex l. fin. in fin. C. de debitoribus Ciuitatum lib. 11. facit tex. in l. fin. in fine, ff. de administ. rerum ad Ciuitatem pertinentium, ita tenet Guido Papa decis. 361. num. 9. Auendañ. de exequendis mandatis par. 1. cap. 10. num. 38. Bouadil. in sua polit. lib. 5. cap.
- 66 4. num. 5. & idem erit dicendum de mortuo respectu ipsius hæredis qui compelli poterit ad reddendam rationem in eadem Logia, iuxta tradita per Petrum Antibuli in tract. de munerib. §. 1. vers. Quid
- 67 si rusticus, quem allegat Scobar. de ratiocin. cap. 4. num. 5. quod latius extendit in cap. 10. num. 60. dicens, quod mortuo administratore statuitur libris

libris rationum si legitimo modo computa scripta sunt, dicens, quod mortuo administratore partitis verosimilibus standum est, quia mors non paruam fidem dat scripturis mortuorum, vt voluit Bart. in l. admonendi num. 27. de iureiurand. quia libri mortuorum maiorem fidem faciunt quam viuorum, vt iuxta tradita per Bald. in l. comparationes num. 14. vers. Sed ista, C. de instrum. l. inter cartulas, C. de conueniendi. fisci debito. lib. 10. Socin. conf. 167. col. 2. & in terminis Paul. Castren. conf. 131. quem sequitur Ruinus conf. 18. num. 2. lib. 4. Aymon. conf. 265. num. 5. dicens, quod id quod requiritur in libro viuentis, vt iuramentum supleat; vbi scribens: *mortuus est ipseus mors vim iuramenti obtinet*, & hanc sententiam sequitur Decius in l. 1. notabili. 2. C. conf. 157. vbi dicit, quod mors illius qui scripsit equipollet iuramento, plures alios allegat Mascard. de probat. conclu. 869. nu. 55. quos tradit Scobar. d. cap. 10. num. 62. in Officialibus enim dolus non presumitur, l. 1. C. de pradijs. curi. lib. 10. l. si quis decurio eodem rit. Beratt. in suo lib. de visit. cap. 5. num. 2. idem late refert Surdus decis. 103. à num. 4. cum sequentibus.

71 Sed videamus si computis transactis, & definitis quantitas pecuniæ remaneat penes definitorem Clauarium quid de ea est faciendum, cui dubio respondendum est? quod talis pecuniæ debet statim solo defensori Clauario successori per dictum definitorem Clauarium, aut deponi in tabula, seu bancho Ciuitatis, nec sufficit verbalis oblatio, sed realis, & cum effectu vt de receptoribus, seu tutoribus minorum statuitur in l. seruus si hered. ff. de statu. liberi. & in l. ait prator. vers. Sed si, ff. de minori. & in hac opinione persistit Maños de Scobar. de ratio. cap. 15. num. 45. Beratt. in suo lib. de visit. cap. 23. num. 146. dicens, quod administrator retinens penes se pecunias administrationis, & eas in proprios vsus conuertens, est in verò, ac manifesto dolo, adeò quod in eum datur iuramentum in litè, & criminaliter puniri potest, vt late per dictum Beratt. Vnde contra dictum definitorem Clauarium pro quantitate liquidata in sui debitum poterit procedi ad captionem personæ, tam de iure communi, vt late tradit Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num. 5. pluribus iuribus confirmans, quod intelligendum est si computa sint definita, & quantitas resultans certa, vt idem Peregr. ibidem vers. si verò Xammar in suo libello de Ciuitate Barcinone, ff. 22. num. 36. quam ex pacto inito, seu promissione facta per dictum definitorem Clauarium

uariū in ingressu suæ administrationis, vt ex thenore dicta obligationis constat, quæ est thenoris sequentis.

Cautio præstita per honorabilem Iosephum Borrell mercatorē magnificis Consulibus, & defenditoribus, an concilio viginti Logia maris Barchinonæ licet absentibus, &c. not. &c. de benè & legaliter se habendo, & de reddendo, & dando bonum computum, ac rationem veridicam de omnibus pecuniæ quantitibus infra suum biennium recipiendis tanquam defenditorem dicta Logia extractum de concilio viginti, celebratum die quinta currentis pro biennio, quod currere incepit die primo currentis mensis Maij, & finiet die ultimo Aprilis millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo, & de soluenda quantitate liquidata per diffinitores extractos ad sortem, seu nominatos per magnificos Consules, ita vt dicta quantitas liquidata per eos habeatur tanquam per dictum Borrell defenditorem confessata in iudicio, & de seruando priuilegia, & ordinationes ad dictū officium pertinentes sine dilatione dicto salario procuratoris intus Barchinonæ decem solidorum, & extra viginti solidorum Barchinonenses, ultra quos, &c. missionis, &c. super quibus, &c. credatur, &c. et pro his dedit in fideiussores honorabiles Sebastianum Cormellas, Antonium Lladò, & Christophorum Sant Genis mercatores ciues Barchinonæ, & quemlibet eorum insolidum fiat cum acceptatione dictorum fideiussorum, cū renuntiationibus solitis, submissione fori magnificorum Vicarij, vel Baiuli, ac dictorum magnificorum Consulum dicta Logia, vel alterius, &c. cum facultate variandi, &c. cum scriptura tertij obligationem personarum, & bonorum principalis, & fideiussorum & cuiuslibet, eorum insolidum tanquam pro debitis fiscalibus, & regalibus, & iuramento, &c.

- 77 Aduerte tamen, quod illa verba, tanquam pro debitis fiscalibus, & regalibus. intelligenda sunt quo ad modum exequendi; videlicet, quod talis definitor Clauarius possit incontinenti exequi tam in persona, quam in bonis? nam dicta obligatio non ex te extendit
- 78 ad cætera, quæ fisco, & particularibus priuilegijs sibi competunt; namque Vniuersitas dicti Magistratus differri à fisco, vt latè tradidi in meo libro de regali. cap. xi. de regalia habendi fisco, vbi latè tractaui

taui de habendo fiscum, quæ refert, & sequitur noster Xammar collega meus amantissimus (quem post hæc scripta vide) *in suo rerum iudic. 1. par. defn. 10. num. 31.*

79 Sed cum dictus diffinitor Clauarius ingressu sui officij præstet fideiussores, non alienum erit quærere, an dicti fideiussores ita remaneant obligati, vt possit executio decerni cõtra eos, cui dubio respõdeo affirmatiuè, eo quod ipsi debitores sunt, vt ex Bart. & alijs *in l. 1. ff. si cert. petat. & in l. 4. ff. de solutionibus*, notat Canc. *tom. 2. cap. 5. de fideiussoribus n. 202.* & licet ipse limitet dictum dicēs, quod fideiussor modice quantitatis non comprehendatur sub constit. *1. de personas prohibidas à regir officis*, tamen nõ impeditur quin executio decernatur contra fideiussorem pro dicta modica quantitate; proficiat tamen ei, vt si est debitor parux quantitatis nõ impediatur concurrere ad officia dictæ Logiæ, iuxta tradita per dictum Canc. ad quem te remitto, *et tom. 3. var. cap. 2. num. 55.* aduertendum tamen est, quod dicti fideiussores solum remanebunt obligati pro sorte principali in qua ipse diffinitor Clauarius remansit debitor, nõ verò pro pœnis, & alijs in quibus condemnatus fuerit, *l. 21. §. Paulus respondit, ff. ad municipalem, l. vnica, Cod. de periculo eorũ qui pro Magistratu interuenerunt, lib. 11. l. 69 ff. de fideiussoribus.* quod vlterius extendit Loscus *de iure Vniuersitatis 3. par. cap. vlt. num. 26.* dicens, quod non possunt fideiussores excuti, nisi excusso principali, etiamsi emerint bona ipsius principalis, *l. 1. & ibi glos. C. de conueniendis fisci debitoribus lib. 10.*

85 Sed quid dicendum erit, casu quo diffinitor Clauarius absens sit, an computa possint diffiniri eo absente, & non vocato: hanc quæstionem tractatam vidi à diuersis Doctoribus, & maximè à Gabriel. Berart. *in suo lib. de visit. cap. 23. num. 159. cum seqq.* vbi ex pluribus iuribus ex grauissimorum Doctorum authoritatibus refert, quod dato libro per administratorem publicum, & legitime facto datis, & receptis liquidato credito potest exequi absque alia citatione, quia licet citatio sit necessaria, fallit tamen inter alios casus in redditione computorum, vt longa commentatione, refert dictus Berart. *d. cap. 23. à num. 159. cum seqq.* referendo idem tenere Scobar. *de ratiocin. cap. 31. num. 22. vers. In contrarium, & num. 23.* quia cum ex libro administrationis (qui habetur tanquam probatio probata) notoriè constet pecunias in suum debitum fuisse scriptas, & similiter in suum creditum expensas per eundem

- factas in residua quantitate sine strepitu, & figura iudicij proceditur ad executionem, ex *tex. in cap. venerabilem, & in cap. bone de electione*, & refert dictus Berart *ibidem num. 161. in fine*, in hac opinione
- 89 persistere Peregrini. *de iur. fisci. lib. 6. tit. 7. num. 6.* Asinio *in sua practica §. 3. cap. 31. num. 20.* ex Bald. *conf. 454.* quia sufficit, quod fuerit mandatum factum de reddendis computis, idem tradit Scobar. *de ration. cap. 3. num. 22. vers. In contrarium, confirmans ex l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de adminis. rerum ad Civitatem periti.* & licet dictus Scobar. *dict. cap. 31. num. 22. vers. in contrariam tamen*, videatur discedere à prædicta resolutione, eo quod prædicti Doctores allegati prædictam resolutionem desumpserint, ex *d. l. 1. §. frumenta*, quæ non asserit administratorem non esse citandum, imò prætendat dictus Scobar. *ibi dictam citationem interuenisse*; resoluit tamen *num. 24. & 25.* quod
- 90 executio potest fieri pro quantitate resultante liquidata ex dictis partitis, cum dictæ partitæ respectu dicti definitoris Clauarij probatio probata dicuntur.
- 91 Euenit hoc anno 1657. quod ærarium Logiæ maris existebat oppressum varijs creditoribus, tam ex causa pensionum censualiū quæ singulis annis Logia maris diuersis personis præstet, quâ ratione salariorum, ad quorū solutionem annui redditus, & emolumenta procedentia ex iure Pariatici, vulgo *Pariatge*, non sufficiebant, cupiebant Consules, qui hoc anno sunt videlicet Cudina ciuis honoratus Barcinò. Gaspar Sabater mercator, & definitores, qui sunt Ioannes Franciscus Pujol, & Petrus Paulus Viues mercatores tanto malo medellam adhibere, varios modos quærendo, admirati omnes qua ex causa euenerat, quod annis præteritis pensiones decursæ solutæ non fuerant, decreuerunt igitur in Concilio ordinario dictæ Logiæ, vulgo dicto *Concell de vint* per personas per dictum Concilium nominatas libri præteritorū definitorum de nouo examinarentur, & vniuscuiusque libri calculū fieret, quo facto in dictis libris fuerunt repertæ diuersæ partitæ aliæ dubiæ, aliæ falsæ, eo quod solutio non fuit facta cum effectū, aliæ verò partitæ fuerunt repertæ in dictis libris in folle sub hoc voluero verborum. *Item per compte de menut siscentas lliuras.* in alijs verò libris similes partitæ fuerunt inuentæ, sed maioris quantitatis, ex quibus facto computo vniuscuiusque libri fuerit in dicto consilio deliberatum, quod vnicuique ex dictis definitoribus Clauarijs fieret præceptum, quod intra certum tempus eisdem

- dem præfigendum computa reuiderentur, & reliquū solueretur.
- Fuerunt expedita mandata, & vnus ex definitoribus(cuius honoris causa nomen taceo) euocauit causam ad Regiam Audienciam existimando sic immortalē causam facere, Consultus fui vt Logiæ aduocatus, an posset dicta causa ad Regiam Audienciam euocari respondi, quod cum dicta causa esset euocata ad Regiam
- 92 Audienciam prætextu regalix, quod potuerat euocari, iuxta à me tradita *in lib. meo de regalijs cap. 25. de regalia euocandi causas, & in præct. civili tit. de euocatione causarum*, attamen non impediri ex dicta euocatione executionem, vt ad vltiora progredere-
93 rum, quam appellatio; hæc autem interposita, & obtenta inhibitione, non impedit exequutionem, vt supra dixi ex pluribus relatis ab Scobar. *de ratiocin. cap. 4. num. 5. nouissimè Berart. in suo lib. de*
94 *visit. cap. 29. num. 58. referens Lancellot. in tract. de attentatis par. 2 cap. 12. de attentatis, & innouatis appellatione penden. limi. 19 principa. num. 1. & 2. fol. 263. Ruin. in tract. de appella. §. 2. cap. 3. n. 56. vers. Idem, Sigismundus Scaccia in tract. de appellationib. quest. 17. limit. 29. tit. 1.*
- 95 Magna fuit contradictio facta dicendo non esse locum repetitioni computorum, cum iam fuissent data, & examinata, ex traditis à Berart. *in suo lib. de visit. cap. 23. num. 66. referens plures authores hanc sententiam sequentes penes quos videri poteris, nisi docto prius de errore, vt notatur in l. calculus. ff. de adminif. rerum ad Ciuitatem pertinen. l. vnic. Cod. de errore calculi.*
- 96 Debebat tamen animaduerti ad ea quæ idem Berart. *refert ibidem à num. 167. cum seqq. vbi limitationes quasdam refert ad dictam regulam de non reiterandis computis, allegans primam causam*
97 *si error est in computo mathematico, pro vt ipse ait; vt puta quando calculatores dixerunt in computatione duo, & tres faciūt octo, tum etiam quando error fuit in iure: prædictis enim casibus computa non veniunt reiteranda iure actionis cum ipsa actio ex*
98 *definitione facta sit extincta: cæterum dictis erroribus interuenientibus ad reuidentum computa imploratur officium iudicis nobile, quod imploratur ex conceditur quando actio deficit, iuxta tradita per Antonium Oliba de actionibus tom. 1. par. 1. lib. 1. cap. 8. à*
99 *num. 24. cum seqq. & ex pluribus Berart. dict. cap. 23. à num. 169.*
- 100 Reuidentur etiam computa quando ex eis constat dolum interuenisse in reddendis illis, est enim dolum falsa asseueratio sciē-

- 101 *ret facta, cum animo fallendi, ex l. 1. ff. de dolo, Lofeus de iure Vni-*
uersitatis 3. par. cap. vlt. num. 19. veluti vbi expensæ minutæ, quæ (vt
supra dictum est) singulariter debent describi, in asseruo fuerunt
descriptæ vnica partira, per gastos menuts mil lliuras. hoc enim casu
- 102 *dolus probatur ex eadem re, quia sensetur falsa asseueratio*
cum animo fallendi, l. 1. ff. de dolo Cinus in l. prescriptione, C. si contra ius,
vel utilitatem publicam, faciunt tradita per Barto. in l. competimus, C. de
manicularijs lib. 11. faciunt tradita per eundem Bart. dicentem, quod
- 103 *Officialis publicus debet conficere librum suæ administrationis,*
& in eo data, & accepta cui, vel à quo, & ex qua causa, & qua
die, nominatim, & singulariter scribere, & ratio ab eodem Bart.
assignatur, quia nisi hæc fiunt, non potest vera ratio administra-
tionis cognosci, idem tenet Menoch. de arbitr. casu 202. num. 16. Ioã.
Gutier. pract. questio. 3. par. cap. 1. num. 1. & idem tenet Bouadil. in sua
polit. lib. 5. cap. 4. à num. 71. cum seqq. idem Berart. d. cap. 23. num. 166. & 173.
- 104 *Sed videamus qualiter bona diffinitoris Clauarij sint obligata*
pro administratione sui officij, an videlicet tacita hypotheca in
- 105 *105 suis bonis contrahatur, & licet fuerit valde cõtrouersa hæc quæ-*
stio, iuxta tradita per Scobar. de ratiocin. cap. 39. num. 4. cum seqq. reffe-
rentem multos existimantes nõ dari tacitam hypothecam recep-
tiorem tamen sententiam contrariam esse attestatur, ibidem num. 6.
vers. In contrariam, hancque opinionem asserit tenere glosam in l. 1.
vers. Obnoxius, C. de debitoribus Ciuicatis, lib. 10. dum dixit, quod obno-
xia sensetur corpora quoquo modo à debitore, siue administra-
- 106 *106 tore Reipublicæ fuerint alienatæ, ita vt virtute hypothecæ vindi-*
cari valeant à quocumq; tertio possessore, quod tenet Platea ibi-
dem Negusan. de pignor. membro. 4. num. 19. ex l. 1. & fin. C. de iure Reipubli-
ca, Auendaño de exequendis manda. 2. par. cap. 10. num. 37. Auiles in cap.
30. pratorum num. 5. Rebuf. ad constit. Gallicas tom. 2. tit. de consti. reddituum
actio 1. glos. 10. idem Rebuf. in l. inter publica fol. 151 ff. de verb. signif. & alij
relati per dictum Scobar, & in eadem sententia est noster Oliba
de actio. 2. par. lib. 1. cap. 29. à num. 10. & 80. idem attestatur Bouadilla in
107 sua polit. lib. 5. cap. 4. num. 80. in fine, & ibi additores lit. H. asserendo, idem
tenere Ioannem de Platea in l. fin. C. de debitoribus Ciuicatis lib. 17. & a-
lios relatos per dictum Bouadilla.
- 107 *Post prædictas exceptiones oppositum fuit ipsos Clauarios à*
quibus ratio computorum exigebatur creditores dictæ Logiæ in
diuersis quantitatibus, & inde opponebant exceptionem cõpen-
sationis,

fationis, & sic petebant quod supersederetur, & quod quantitates per Logiam illis debitæ in computum acciperentur, eo quod (vt supra dictum est) licet debitis fiscalibus non admitatur compensatio, ex traditis per Peregr. *de iur. fisci lib. 6. tit. 7. à num. 15.* tamen cum Logia maris non habeat fiscum, præsumtum fuit compensationem esse admitendam.

- 108 Sed prædictis non obstantibus dictum fuit compensationem non esse admitendam, quia compensatio non est vera solutio, sed imaginaria, vnde dicebat Fontanel. *tom. 2. decis. 465. & 466. quod licet lex fin. C. de compensa. videatur loqui in causa fisci, attestatur tamè dictus Fontanel. d. decis. 466. num. 4. quod d. l. expresse loquitur de vecti-*
- 109 *galibus, & tributis Vniuersitatum, in quibus statuit lex non esse admitendam compensationem, quod confirmat ex l. aufertur, §. in debitoribus, ff. de iure fisci, Barto. in authen. de collatoribus colla. 6. resoluens non esse admitendam compensationem; moti fuerunt ex ratione per dictum Fontanel. tradita d. decis. num. 2. dicendo esse ex natura rei (fauore exactiois tributorum, & vectigalium, quia expedie*
- 110 *exactioem promptiorem fieri) procediq; executiuè sine partis citatione pignorando, & carcerando, ex l. missi opinatores, C. de exacto-*
- 111 *ribus tributorum lib. 10. & l. 2. Cod. de apeditoribus lib. 12. Gironda in tract. de gauellis 4. par. in prin. num. 3. alios Doctores allegans, tenet Lasar. de alcabala cap. 18. num. 82. Ioan. Gutier. de gabellis quest. 164. quia si cõ-*
- 112 *pensatio admitteretur ex alijs computis, quam eiusdem administrationis retardaretur exactio reliqui, in quo remaneret debitor definitor Clauarius, quod iura abhorrent, & per indirectum fieret, quod directè fieri non potest, iuxta tex. & ibi Bart. in prin. in l. frater à fratre, ff. de condic. indeb. & ego tradidi in meo lib. variarum cap. 9. n. 132. ex l. 3. §. non tantum, ff. de donatio. inter virum, & uxorem tex. in §. vlti. in authen. de nup. colla. 4. & ibi glos. in l. 2. Cod. plus, valere quod agitur, quod simulata concipitur, & sic fuit repulsa dicta exceptio de cõ-*
- 113 *pensatione oposita, post hæc scripta vide nostrum Xammar hanc sequentem resolutionem in suo libro rerum iudic. 1. par. defn. 43. num. 22.*
- 112 Sed non alienum erit quærere, an casu quo exequutio fiat in bonis definitoris Clauarij, possit eius mulier se opponere pro sua dote, & sponsalicio. Hanc quæstionem tradit Fontanel. *de pact.*
- 113 *nup. tom. 2. clau. 7. glos. 2. par. 9. à nu. 66. cum seqq. resoluens mulierem se opponere, & præferendam esse, quia quemadmodum mulier præ-*

- ferentia, nec minor ratio quare mulier non præferatur in dicto credito, cum ipsa potior sit quando agitur tam de poena fiscali, quam ex causa gabellarum, Guido Papa *decif. 572. nu. 1. vers. Sed quid*
- 114 *¶ num. seqq.* & ex alijs coniectis per dictum Fontanel. ibi. Minus quæ alienum à ratione non videbitur quærere, an talis Clauarius definitor defraudans, & occultans iura, & pecunias ipsius Logiæ gaudet immunitate Ecclesiastica recipiendo se in Ecclesia; hanc quæstionem tractat Muños de Scobar. *de ratiocin.* vbi referens inter se contrarias opiniones, vnam affirmatiuam, aliam negatiuam, sed tutior opinio est, quod gaudeat immunitate quo ad suam personam, & licet Scobar. ex mente aliquorum refferat differentiã esse inter administratores publicos qui recipientes se intra Ecclesiam secum portant pecunias, & libros, & inter alios qui solum se recipiunt, volentes quod hi immunitate Ecclesiastica gaudent, alij verò non gaudeant, quia afferentes libros, & pecunias tanquam
